

De interpretatione secunde editionis liber .v. 117

Non omnis est non homo non iustus

Quidam non homo non iustus est

Non omnis non homo iustus est

Has igitur si quis diligenter inspererit duas comparationes duabus convenientissimam consequentiam consensumque monstrabunt.

Incipit liber quintus



Maximam operis huius emensi partes ea que sequuntur licet magnis questionibus impedita tamen audacius atque animosius exequemur. nec defatigari in singulis partibus oportet totius dialectice proderet aggressus atque expedire doctrinam. itaque rectam commentationis serie terimus.

Transposita vero nomina et verba idem significant. ut est albus homo. et est homo albus. nam si hoc non est: eiusdem multe erunt negationes. sed ostensum est: quia una unius est. eius enim que est. est albus homo. negatio est. non est albus homo. ei vero que est. est homo albus. si non eadem est ei que est. est albus homo: erit negatio vel ea que est. non est non homo albus. vel ea que est. non est homo albus. Sed altera quidem est negatio eius que est. est non homo albus. alia vero eius que est. est albus homo quare erunt due unius.

Docet nunc quoniam si nomina et verba transferantur et aliud prius aliud vero posterius predicetur: una sine dubio significantiam retinere. Siue enim quis dicat. est homo albus: siue est albus homo siue homo albus est: siue albus homo est: siue quomodolibet aliter ordinem predicationis permutet: eadez sine dubio significatio permanebit. et hoc quidem fortasse oratoribus vel poetis non eodem modo perspicendum est: quo dialecticis. Etenim quantum ad compositionem orationis spectat: maxime differt quo verba et nomina predicationis sue ordine proferantur. Multum enim interest in eo quod ait Cicero. ad hanc te amantiam natura peperit: voluntas exercuit: fortuna seruauit. ita dixisse ut dictum est: an ita. ad hanc te amantiam peperit natura: exercuit voluntas: seruauit fortuna. Sic enim minor est sententie magnitudo: minusque in ea lucet id quod si sic componatur eminet: et se se vel nolentibus hominum auribus animisque patefacit. Rursus cum dicit virgilius paci que imponere morem potuisset seruare metrum: si ita dixisset. moremque imponere paci. sed esset debilius sonus: nec eo ictu versus tam preclare ut nunc compositus diceretur. ergo non idem valet oratoribus vel poetis verborum nominumque ordo mutatus. Quod enim ad compositionem spectant: multum in ordine sermonum ornamentum reperient. Dialecticis vero quibus nulla est ad orationis leporem cura loquendi a quibusque sola veritas perscrutatur: nihil differt quolibet ordine verba et nomina permutentur: cum tamen eandem vim quam prius in significatione retineant. sed nec apud ipsos modis omnibus permutato ordine dictionis eadem semper vis significatioque seruatur. Nec enim particula que negatiua est id est non multum valet multamque differentiam perficit varijs adiecta locis. Si quis enim dicat homo albus non est: faciet indefinitam simplicem negationem. Si quis vero dicat. homo non albus est faciet indefinitam ex infinito predicato affirmationem

Si quis autem predicet non homo albus est: idem quoque constituit ex infinito subiecto indefinitam affirmationem. rursus si quis dicat omnis homo non iustus est. hec consentit ei que dicit nullus homo iustus est. Quod si idem non ad vniuersalem determinationem ponatur: ut dicatur non omnis homo iustus est. non iam vniuersalis affirmatio infinite predicationis consentiens vniuersali simplici negationi fit: sed potius particularis negatio simplex: vides ne igitur quam multas faciat differentias negatiua particula diuerse nominum predicationi coniuncta. Sed quare hec ita sunt: potest tamen alio modo eadem diuersis in locis posita eandem vim significationemque seruare. si enim sit posita non particula cum vniuersalitate sua: cum eadem ipsa sepius permutetur: idem sine dubio in significatione consistit. Si quis enim dicat non omnis homo albus est: particularis est simplex negatio. si quis vero sic dicat. homo non omnis albus est: eadem significatio est. Vel si hoc modo. homo albus non omnis est nec hec a superiore significatione discedit. vel si quis amplius permutet dicens homo albus est non omnis a superiore significatione nil discrepat. Eodem modo vel si quomodolibet aliter permutetur: cum propria tamen vniuersalitate determinatione diuerso modo permutata idem semper necesse est in significatione seruetur. eodem modo si eadem non particula cum alio nomine vel verbo iuncta sepius transferatur. Ut cum dicimus homo iustus non est. Rursus homo non est iustus. rursus non est homo iustus. eadez significatio retinet. Quocirca si sola particula negatiua permutata sit: et non eodem semper ordine predicetur: multas differentias faciet propositionum. Si vero iuncta cum alio nomine sepius (ut dictum est) transferatur eadem in translationibus omnibus significatio permanebit. His igitur ita dispositis videndum est que sit Aristotele demonstratio. verba et nomina transposita eandem semper vim significationemque subijcere. ait enim transposita vero verba et nomina idem significant: ut est homo albus est. albus homo hec enim transpositis nominibus atque verbis eandem retinent significationem. In illa enim prius albus est: posterius homo. in hac autem prior homo: posterior albus quod si hoc falsum est: et non sint eadez: sed a se diuerse sunt. Impossibile aliquid inconueniensque contingit. erunt enim due negationes unius affirmationis. quod est impossibile. Ostensum enim est quoniam una unius est affirmationis negatio. Nunc igitur videamus si hec affirmationes que dicunt est albus homo: et est homo albus: non sunt eadem: sed diuerse quemadmodum unius affirmationis due sunt negationes. et primo quidem disponantur hoc modo. est albus homo. est homo albus. huius ergo propositionis que dicit est albus homo. erit negatio ea. scilicet que proponit non est albus homo. alia namque que esse possit rationabiliter non poterit inueniri. disponantur igitur rursus eadem et superior affirmatio cum propria negatione.

Est albus homo
non est albus homo
est homo albus

Cum igitur eius que dicit est albus homo. negatio sit ea que proponit non est albus homo. si ea que dicit est homo albus diuersa erit ab ea propositione que pronunciat est albus homo alia erit eius negatio. sit ergo aut ea que dicit non est

De interpretatione secunde editionis liber. v.

non homo albus: aut ea q̄ dicit non ē hō albus. Rur-
sus igitur disponantur due quidem affirmatiōes pri-
me alternatim posite: et e contrario confessā prioris ne-
gatio. Contra secundum vero utraq; be negationes
quas diximus ascribantur.

Est albus homo Non est albus homo

Est homo albus Non est homo albus
Non est non homo albus

Chis igitur ita descriptis eius p̄positionis que dicit
ē hō albus: non potest esse illa negatio que dicit non
est non hō albus. Illius est enim negatio que habet
subiectū infinitū: q̄ dicit: ē non hō albus. similiter at̄
si quālibet aliam quis posuerit negationem eius sine
dubio alia reperitur affirmatio. Unde fit ut relinq̄t̄
ea eius esse negatio que proponit non est homo alb⁹
est ergo negatio eius que dicit est homo albus ea
que dicit non est hō albus. sed eius affirmationis que
proponit est albus homo negatio est et ista que dicit
non est homo albus. Quod probat ea res q̄ inter se
verum falsumq; diuidunt. nam si verus est esse albū
hominem: falsum est non esse hominem album. Qd̄
si in aliquibus verum inuenitur: hoc s̄m̄ indiffinitio-
nē p̄positionis agnoscitur non s̄m̄ negationis for-
mam: ut magis s̄m̄ quantitatem non sint sibi opposi-
te potius q̄ s̄m̄ qualitatem. q̄ illa res monstrat si q̄s
sic dicat. Est albus omnis homo si contra hanc ponat̄
tur non est omnis homo albus: perspicuum ē qm̄ in
ter se et veritatem diuidunt et falsitatem. vnam enim
veram esse necesse est. vnam falsā. quare etiam si de
terminationes auferantur: eadē oppositio redit licet
sit indefinita. Nam sicut in ea que dicit oīs hō iustus
est: non omnis homo iustus est: sublatis omnis et non
omnis hō iustus est: homo iustus non est: affirmatio
et negatio opposite sunt. Ita quoq; in his sublato oīs
et non omnis ea que dicit est albus homo ei que dicit
non est homo albus opposita est. additis enim deter-
minatiōibus vna semper vera est: altera falsa sed di-
ximus qm̄ affirmationis eius que dicit est albus hō
negatio est non est albus homo. Due igit̄ negatiōes
non est albus hō: et non est homo albus: vni⁹ affirma-
tionis sunt: que enunciat est homo albus. q̄ euenit si
negationes he que dicunt non est homo albus: et non
ē alb⁹ hō a se diuerse sunt q̄ ex eo contingit q̄ prius
propositū est eā que dicit est albus homo diuersas eē
ab ea que dicit est homo albus. q̄ si hoc impossibile est
ut vna affirmatio duas habeat negationes. et perspi-
cuum est contra eam affirmationē que dicit est hō al-
bus vtrasq; has negatiōes que dicunt non est albus
homo et non est homo alb⁹ opponi be a se diuerse nō
sunt sibi consentiunt: et tñ permutatione nominis
distant. Leteris autem oīs eadē sunt. q̄ si he nega-
tiones eadē sunt: eadem quoq; sunt affirmatiōes. Re-
cte igitur dictum est qm̄ transposita nomina et verba
eandem vim significationemq; tenent. Sensus ergo
totus ita se habet. hoc autem modo ordo verborum.
Transposita inquit nomina et verba idem significant
et est horum exemplum ut est homo albus: est albus
homo. In his enim nomina transposita sunt. Nam si
hoc nō est. i. si nō idē significant nomina et verba trā-
posita: quiddam impossibile et inconueniens contingit
ait. n. eiusdem multe erunt negationes. i. eiusdem af-
firmationis multe negationes erunt. sed hoc impossi-

bile ē. ostēsum est enim qm̄ vna vnius est. Due ergo
negationes vni opponi affirmationi: si verba et noīa
transposita non idem significant: sic demonstrat. eius
enī que est. est alb⁹ homo. s. affirmationis. negatio ē
non est albus hō. Cōtra illam enim affirmationē hec
negatio iuste opponit̄. ei⁹ vō q̄ ē. est homo albus. i. al-
terius affirmationis si non eadem ē ei que ē. ē albus
homo. i. si diuersa est a priori p̄positione que dicit est
albus homo: et non est ei eadem: ac si diceret si ei non
consentit. erit negatio vel ea q̄ est non est albus ho-
mo: vel quecumq; alia: quā si q̄s ponat esse negationē
vna ratione refellitur: quam hic quoq; posuit. refel-
litur autem hoc modo. ait enim. Sed altera qdem ē
negatio eius que est. est nō homo albus: altera vō ei⁹
que est. est albus homo. Inter duas enim negatiōes
quas posuit illam. s. que dicit non est nō homo albus:
et eā que proponit non est homo albus: illa que dicit
non est nō homo albus negatio est affirmationis infi-
nitū habentis subiectum: que dicit: est non homo al-
bus. alia vō se3 que proponit non est homo albus: ei⁹
est negatio que dicit est albus homo. cum ea enī ve-
rum diuidit atq; falsum. Quare erunt due negatio-
nes vnius affirmationis. sed hoc impossibile est.

Quoniam igitur transposito nomine et verbo ea
dem sit affirmatio et negatio manifestum est.

Superiorem argumentationem hac huius senten-
tie cōclusionē confirmat. fecit aut̄ hūc sillin in secun-
do mō hypothetico: quē idem ostēstrabilem vocat hoc
mō si primū est: secundū ē: sed sedm̄ non est primū igit̄
tur non est. i. si transpositis verbis et nominibus non
sunt eadē p̄positiones: vnius affirmationis due sunt
negatiōes. sed hoc impossibile est. Non igit̄ diuerse sūt
p̄positiones transpositis verbis et nominibus.

At vero vnum de pluribus. vel plura de vno af-
firmare vel negare. si non est vnum ex pluribus. nō
est affirmatio vna neq; negatio. Dico aut̄ vnum.
non si vnum nomen positum sit. non sit autem vnum
ex illis. ut homo est fortasse et animal. et mansuetum
et bipes. sed ex his vnum sit. ex albo autem et homi-
ne. et ambulare non est vnum. quare nec si vnum ali-
quid de his affirmet aliquis. erit affirmatio vna. s. v-
vox quidem vna. affirmationes vero multe. nec si
de vno ista. sed similiter plures.

Multos talis loci huius caligo confundit: ut digne
erequi et quod ab Aristo. dicebatur expedire non pos-
sent. Illos autem supra iam dixim⁹ magne fuisse cure
apud peripatetice secte p̄cipes diiudicare que esset
vna affirmatio vel negatio: que plures. Neq; enī vo-
cis sonitu cognoscuntur aut numero terminorum: est
enim ut vna quidem res de vna predicetur: et non sit
vna enunciatio. potest etiā fieri: ut vel plures de vna
re predicentur vel vna de pluribus vna tamē ex his
omnibus enunciatio fiat: que res maxime apud eos
cautele fuit: ut vbi incidisset perspecta regula non la-
teret. Nam si quis dicat canis animal est. non vna est
enunciatio. canis enim multa significat. Si quis vero
dī: at homo animal rationale mortale est: vel animal
rationale mortale homo. singule enuntiones sūt: iccir-
co qm̄ quiddam vnum ex omnibus fieri potest. nā de
aali rationali atq; mortali simul iunctis vnus homo
perficitur. Item alia sunt que plura predicant̄. de qui-
bus vnum aliqd̄ effici constituiq; non possit. neq; enī
si illa de altero p̄dicet̄: neq; si de illis aliud: vna affir-
matio

matio vel negatio est: sed tot dicende sunt affirmatōes esse: quot sint he res: q̄ vel de vna predicatur: vel de qbus vna d̄. vt cum dicimus. Socrates caluus ph̄s ambulat: ex caluitie ⁊ ph̄ia ⁊ ambulatione nihil vnū cōiūgit: vt hec quasi alicuius speciem forment. Quo circa siue hec de vno pdicēt: siue vnū de istis: non poterit vna esse enunciatio. ⁊ cōiter quidem totius propositi sensus huiusmodi est. Illuc autem ad ipsi⁹ Aris. verba veniamus. Dicit. n. At vō vnum de pluribus ⁊ plura de vno affirmare vel negare: si non est vnum ex pluribus: nō ē vna affirmatio: neq; vna negatio si iqt plura de vno pdices. vt cū dicis ph̄s sim⁹ calu⁹ Socrates est: vel rursus cum vnū de pluribus predicat. cū dicis. Socrates simus ph̄s caluus est. si ex his pluribus que vel pdicas vel subijcis: vnum aliqd non sit quēadmodū vnum fieri potest de his que predicantur substantia animata sensibilis: id qd ē animal: non sit vna affirmatio nec vna negatio. quādo qdē plura vel pdicant vel subijciuntur: ex quib⁹ cōgregatis vna sp̄s nō existit. q̄ si vnus de vno aliquis predicauerit quoz nomen vnum plura significat: ex quibus vnum aliqd non fiat: rursus non est vna affirmatio nec vna negatio. Si quis enī dicat canis aīal est: nomē ē canis significat ⁊ latrabilem ⁊ celestē ⁊ marinū: ex qb⁹ iunctis nihil vnum efficitur. Quare qm̄ ex his pluribus vnū aliqd effici non pōt: ex illo quoq; canis noīe nō sit vna affirmatio ⁊ vna negō: qd pdicat aut subijcit cum multa significet: ex quibus vnus fieri non possit. qd per hoc ostendit quod ait dico autem vnum non si vnū nomē sit positum: non sit autem vnum ex illis. Potest. n. fieri vt vnum nomen de vno predicetur. sed si vnū ipsorum plura significat: ex qb⁹ vnum non sit: nō ē vna negatio vel affirmatio. neq; .n. vox vnaz pficit enūciationē: sed ei⁹ quod significat simplicitas: vel si plura sint in vnum collecta: aliquid vnū faciēdi potentia. huius autem rei subiecit exemplum: quod plurimos sefellit dicens: vt homo est fortasse ⁊ aīal ⁊ bipes ⁊ mansuetum. sed ex his vnum sit. ex albo autē ⁊ hoīe ⁊ ambulare non vnum. Idutauerunt alij hūc ita dixisse vt ostenderet exempli gratia se hanc quasi diffinitionē dedisse: ne forte aliqs arbitretur hanc q̄ si veram hoīs diffinitionē posuisse: que est aīal bipes māsuētū. Idcirco. n. iquūt dixit fortasse. ⁊ aīal. ⁊ bipes. ⁊ māsuētus. Ille qs oīno putaret hmoī esse hoīs diffinitionē Aristotelem arbitrari. Alij vō hoc nō ita dictum acceperunt: sed potius in hanc sententiam dictū Aristotelis scripturamq; interpretati sunt: vt hō est q̄ ⁊ aīal ⁊ bipes ⁊ mansuetum. sed ex his vnum sit: vt ita intelligeretur. homo quidē equaliter se habet ad id quod est homo: ⁊ ad id quod est animal bipes mansuetum. Quocirca si idem est ⁊ equum dicere hominē qd aīal. bipes. māsuētū. necesse ē quotiēs de vno plura hec pdicant id est animal. bipes. māsuētus de hoīe: qm̄ equale ē hoī quod vnum est vnum quiddaz predices q̄uis tres voces predicare videaris. Sz oēs hi nihil oīno itelligunt: sed est melior expositio: quas Porphyrius dedit. volens inqt Aristoteles demonstrare que vna esset affirmatio: que non vna: dixit p̄mo quoniam plura de vno pdicare: vel plura vni subijcere nō ē vnā enūciationem facere: nisi ex illis pluribus vnum aliqd fieret. videns idē qd adhuc plures possent esse affirmationes etiam in his predicatis: q̄ cū plura sint: vnum tamē ex his fieri possit. hoc dixit hō ē fortasse ⁊ aīal. ⁊ bipes. ⁊ mansuetum. Qd autē dico tale est. manifestum quidem sit quoniam si plu

ra de vno pdicentur: ex quibus vnum fieri non possit vel plura subijciuntur vni: ex quibus vnū non sit: non est vna affirmatio nec vna negatio. Illuc autem tractemus de his pluribus: ex quibus vnum aliqd fieri possit. Inueniemus enim ⁊ in his i ipso modo enūciandi plures aliquotiens enunciationses ⁊ non vnā reperiri: quāq; ex pluribus vnus fieri aliqd possit. Si quis enim dicat animal rationale mortale homo est: simul iungens animal rationale mortale: quoniam continue dictum est: ⁊ ex his vnum aliqd sit: vna ē affirmatio. Si vō sit aliquid interualli vt ita quis dicat homo animal: ⁊ rursus rationale: et aliquantulum requiescens dicat mortale est. non est vna affirmatio nec vna negatio. Nec enī intercapedo plurimas efficit enunciationses: rursus si cum coniunctione dicant homo animal ⁊ rationale ⁊ mortale ē. sic quoq; multe sūt propositiones. Nec differt aliquid vel requiescēdo: vel interponendo coniunctiones dicere: quā si qs dicat homo animal est. homo rationale ē. homo mortale est: que perspicue propōnes multe sunt. Videns ergo hoc Aristote. ita dixit. homo est fortasse ⁊ aīal ⁊ bipes ⁊ mansuetum: ad hoc inquit fortasse tanq; si ita diceret ⁊ de homine quidem ⁊ bipede ⁊ mansuetum sit vnum: sed est aliquotiens forte: vt plures propositiones sint: cum ea coniunctio quedam separat atq; discernit. erit enim fortasse hō ⁊ animal: vt hec vna sit ppositio: ⁊ bipes vt altera. ⁊ mansuetum rursus: vt altera. sed ex his omnibus vnus aliqd sit: que cū continue prolata sunt: quoniam ex his vnum aliqd efficitur: vna est propositio. nō autē idē euenit in omnibus. ex albo enim ⁊ hoīe ⁊ ambulare non vnū sit. Si quis enim dicat Socrates homo albus ābulat: nō ē vna affirmatio quoniam ex homine ⁊ albedine ⁊ ambulare nulla omnino species fit. Quare conclusio ē: qm̄ nec si de his pluribus: ex quibus vnum non sit vnum aliqd predicetur: vt ex terreno latrabili ⁊ celesti ⁊ marino: quoniam vnum nō sit: ⁊ de his vnū aliqd predicetur: quod dicitur canis: huiusmodi nomen qd plura significat: ex quibus vnum non sit: si de altero predicetur: uel subijciatur alteri: non sit vna affirmatio nec vna negatio. sed erit quidem vox vna: affirmationes vero plurime. siue enim vnum de pluribus predicetur: ex quibus vnum non sit: uel plura huiusmodi de vno: uel si vnum de vno predicetur: quod predicatum plura significet: ex quibus vnum non sit: siue illud predicatum alteri subijciatur: omnino non sit vna affirmatio nec vna negatio. Est autem regula huiusmodi vna affirmatio est: si aut duo termini singulas res significet: aut si plura ita de vno predicentur: uel vni subijciuntur: ut ex his vnū aliqd fieri possit: aut vnum nomen quod predicatur uel subijciatur: talia si significet plura: que omnia vnā quodammodo specie valeant congregare.

¶ Si ergo dialectica interrogatio responsionis est petitio vel propositionis vel alterius partis contradictionis. propositio vō vnus contradictionis ps est. non erit vna responsio ad hec neq; enim vna in interrogatio. nec si sit vera dictum est autem de his i topicis. Simul autē manifestum est. quoniam nec hoc ipsum quid est dialectica interrogatio est opoztet enim datum esse ex interrogatione eligere vtram velit contradictionis partem enunciare. Sed oportet interrogantem determinare.

De interpretatione secunde editionis liber. v.

utrum hoc, sit homo, an non hoc.

Quisquis dialectica utitur interrogatiōe: hic aut simpliciter interrogat: atque unam propositionem interrogatiōe ponit: ut si eam sit una responsio: aut utraque interrogans dicit: ad quas non fit simplex responsio: sed una tota propositio respondet. Si quis, n. dicat interrogans, Socrates aīal est: cōtra hāc talis est responsio aut ita aut non. Si quis vō hoc modo interroget, Socrates aīal est an nō, contra hanc non est una responsio, si n. respondet ita: de qua anueris ignorat d. affirmatiōe an de negatione, rursus si non responderis: nescit quā negari volueris affirmatiōem an negatiōem. Quare cōtra huiusmodi interrogatiōes tota propositio respondenda est, i. altera pars cōtradictionis: aut tota affirmatio aut tota negatio: ut dicas aut est aīal. Socrates: aut si hoc non videtur: respondeas non est animal socrates. In his igitur que multa sunt: ex quibus unum fieri nequit: si fiat una interrogatio: et ipsa reprehensibilis est: et contra eam una responsio, quisque enim ea plura interrogat: ex quibus unum esse nō potest: multas facit interrogatiōes contra quas si simpliciter respondeatur: etiam si vera sit ipsa responsio tamen: iure reprehenditur. Cōtra enim multiplicem interrogatiōem multiplex debet esse responsio. Si quis enim dicat interrogans, Socrates philosophus est et legit et ambulat: quia potest fieri: ut sit quidem philosophus et legat non aut ambulet: vel ambulet: sed nō legit: potest idem fieri: ut et legat et ambulet. Si huiusmodi propositionem non erit una responsio. Nam qui ita interrogat, Socrates philosophus est et legit et ambulat: aut sperite: aut captiose interrogat. Contra quā interrogatiōem si contigerit, Socrates philosophus est et legere et ambulare, si respondeat ita est: hec quoque responsio reprehenditur. Cōtra plures, n. interrogatiōes una responsio non debet adhiberi: etiam si per unā illā vere respondeat: sicut in hac quoque si et philosophus est et legit et ambulat: Quocirca si interrogatio dialectica responsiōis petitio est: per quā responsiōem fiat propositio: ut si dixerit quis interrogans dies est: alius respondeat nō fiet inde negatio dies nō est, vel certe altera pars oppositiōis cum ita interrogat dies est an dies non est: ut congrue respondeat dies esse: aut diem nō esse, i. tota propositio, hec que ex his pluribus sunt atque interrogat: cū unum ex his fieri non possit nō sūt simplices interrogatiōes, quocirca nec ad eas reddenda est simplex responsio, de his autem se in topicis dixisse cōmemorat. Rursus quoque dialectica interrogatio responsiōis est petitio (ut supra dictum est) vel propositionis vel alterius partis contradictionis: quod paulo post demonstrabitur. Imperite illi interrogant: qui dicunt: vel quid est animal: vel quid est homo: oportet enim quod dialectice interrogat: dare ex interrogatiōe optionem: an sibi respondeas affirmatiōem eligere velit an negatiōem qui, vō sic interrogat: ut quid est aliqua res velit dicere respondentem: nō est illa interrogatio dialectica. Interrogat autem quā hoc modo, putas ne aīa ignis est: cui respondens negauerit, addit, nōne tibi videtur aliquid esse inter ignem atque aerem mediū corpus: ut sit aīa: cū respondeas hoc quoque abnuerit: ille persequitur: an fortasse magis tibi videtur aquā esse aīam vel terrā, Cū ille neque terrā neque aquā aīam esse cōfiteretur: tūc defessi interrogatiōibus ita interrogant: que res est ergo aīa: hec autem nō est interrogatio dialectica: sed potius discipuli ad magistrum aliquid discere cupiētis, qui enim aliquid cupit addiscere: interrogat eum qui docere potest: quid sit de quo

ambiget. Dialecticus autem (ut dictum est) ita interrogare debet: ut respondentem sit copia an affirmatiōem an negatiōem velit eligere. Oportet enim scire quoniam omnia interrogatio est petitio responsiōis. Dialectica vō non cuiusdam responsiōis: sed eius que in utraque parte habeat oppositiōem, ergo hoc ipsum quod nō est dialectica interrogatio. Oportet enim interrogare ita: ut ex interrogatiōe respondens possit eligere alteram cōtradictionis partem debet enim determinare et diffinire is qui interrogat: an hoc sit quod dicitur an non: ut homo animal est an nō: ut ille aut affirmatiōem respondeat aut negatiōem, quod autem dicit dialecticam interrogatiōem petitionem esse responsiōis vel propositionis vel alterius partis contradictionis: huiusmodi est. Quisquis interrogat affirmatiōem: aut eandem expetit: ut auditor sibi respondeat: aut contradictionem: ut si quis sic interrogat, homo animal est: si ille annuerit: propositionem reddidit eam scilicet quam proposuit interrogans, si vō interrogante aliquo an hō aīal sit respondens dixerit nō est: contradictionem respondisse videbitur. Ille enim affirmatiōem interrogavit: ille negatiōem respondit quod est contradictio. Rursus si negatiōem interroget: et ille respondeat negatiōem: eadem propositionem reddidit quā is qui interrogavit ante proposuit. Sin vō interrogante alio quo negatiōem: ille affirmatiōem responderit: contradictio responsa est, hoc est igitur quod ait, interrogatiōem responsiōis esse petitionem, et cuius responsiōis addidit: vel propositionis: si idem respondeat: quod ille interrogat: vel alterius partis contradictionis, si cū ille affirmatiōem interroget: ille responderit negatiōem: vel si cū ille negatiōem in interrogatiōe posuerit: ille affirmatiōem in responsiōe reddiderit. Interrogatiōis autem peripateticos duplex species est: aut cum dialectica interrogatio est: aut cū non dialectica. Non dialectice autem interrogatiōis due species sunt: una quod est summes accidens interrogamus: cui illud accidat: ut cum videmus domū Licronis: si interrogemus: quis illic maneat: vel quando subiectus quidem ipsum et res sumimus: quid autem illi accidat interrogamus, ut si ipse Licronem quod videat: et interroget: quo diuertat: et hec una species est eorum que per accidens nō dialectice interrogamus. Altera vō que proponentes nomen quid sit querimus aut genus aut differentiam aut diffinitionem requirentes: ut si quis interroget quid sit aīal, vel que diffinitionem aut aliquid supradictorum sumimus: et querimus cuius illa sint: ut si quis querat aīal rationale mortale cuius sit diffinitio.

Quoniam vero hec quidem predicantur composita, ut unum sit omne predicamentum eorum que extra predicantur, alia vero non, que differentia est, de homine enim verum est dicere, et extra animal: et extra bipes, et hec, ut unum, et hominem et album et hec ut unum, sed non si citharedus est et bonus et citharedus bonus. Si enim quoniam alterutrum dicitur, et utrumque dicitur, multa inconuenientia erunt, de homine enim verum est et hominem et album dicere, et quare et omne. Rursus si albus ipsum et omne, quare erit homo albus albus, et hoc in infinitum, et rursus musicus albus ambulans, et hec eadem frequenter implicitam. Amplius si socrates socrates est et homo et socrates homo, et si homo et bipes, et homo bipes.

¶ multa

Multa sunt que cum singulatim vere predicentur: si quis ea coniungat & predicet: veram predicationem tenet. Sunt autem aliqua. que si per se & disiuncta predicentur. vera sunt: si in vno coniuncta dicantur: veritate in predicatione non tenent. quod ergo sit differentia eorum oportet agnoscere. si quis enim dicat. socrates animal est verum dixerit. & si quis rursus predicet: quoniam socrates bipes est: hoc quoque verum est. que si coniuncta dicantur. ut est socrates animal bipes est: a propria veritate non discrepant. atque hec quidem in genere & differentia ea que substantialis est socrati. quod si de accipite quoque dicatur: potest idem nihilominus euenire. Si quis enim sic dicat. socrates homo est & verus est. & rursus socrates caluus est hoc quoque verum est. quod si iungat dicens socrates homo caluus est. verum rursus ex coniunctis faciet predicationem. Atque in his quidem ea que singulatim vere dicebantur: iuncta veraciter predicata sunt. Sunt autem alia in quibus singulatim quidem predicata vera sunt: iuncta vero qualitate veritatis amittunt ut si quis dicat quoniam Socrates bonus est verum est. rursus socrates quidem citharedus est: sic quoque hoc verum est. Nec coniungere non necesse est: ut sit verus Socrates bonus citharedus est. Potest enim bonum quidem esse homo: & cum sit citharedus non tamen esse bonus: sed in alia quidem re bonus: & in alia tamen artis illius cognitor: non tamen in ipsa perfectus. hoc autem facilius tali liquebit exemplo. Si quis enim dicat quoniam Tiberius Gracchus malus est & verus est. rursus Tiberius Gracchus orator est: hoc quoque verus est. si coniungens dicat. Tiberius malus orator est: falso dixerit. optimus enim orator fuit. si ne quis nos ita dicentes ignorare putet oratoris esse diffinitionem virum bonum dicendi peritus: hec ita dicta sunt ad exemplum potius quam ad veritatem. atque hec quidem proposita ab Aristotele sunt: cuius in textu verba sic constant. Quoniam vero inquit alia quidem predicantur coniuncta & composita: ut ex his vnum predicamentum fiat eorum que extra vere predicata sunt. alia vero cum extra singulatim vere predicantur: iuncta veram non faciunt predicationem. Inquirendum est quod eorum sit differentia. exempla autem horum talia sunt. Eorum quidem que extra predicantur vere: nec si coniuncta sunt: naturam veritatis amittunt tale exemplum est de homine. n. verum est dicere quoniam & animal & bipes. rursus quoniam animal bipes: verus est de eodem homine dicere ut de socrate. de eodem quoque socrate & hominem extra & album si ita contingit verum est dicere: & de eo predicare animal bipes a veritate non discrepat: atque hec quidem que extra singulatim predicantur vere iuncta vera sunt. quod si de aliquo predicetur quoniam citharedus est: & verum sit: rursus quoniam bonus sit: & verus sit: non necesse est dicere quoniam bonus citharedus est. Non enim solus esse quidem citharedus: bonus autem homo. hucusque quidem illa disposuit. quoniam autem videbantur quidam arbitrari: quod omnia que singulatim vere predicantur: eadem quoque composita recte dicerentur. Contra hos dicit quoniam multa erunt inconuenientia multa quoque impossibilia sunt: si quis dicat omnia que singulatim predicantur veraciter. id inuenit ut predicari. De homine enim verus est dicere quoniam homo est: nam de socrate qui homo est: vere dicitur quoniam homo est. rursus vere de eodem dici potest quoniam albus est. Quare & si hec iungas: & ut vnum predicet: verum est dicere de aliquo homine: quoniam homo albus est. sed homo qui albus est: verum est dicere de eo quoniam albus est. que et si iungas: erit predicatione socrates homo albus est. sed de homine albo verum est dicere quoniam albus est. hec

coniuncta socrates homo albus est faciunt. quod si de homine eodem albo. rursus album predicare velis: verus est: quo circa & si iungas erit igitur predicatione homo albus albus: albus est: atque hoc in infinitum. Rursus si quis de aliquo homine dicat: quoniam ille homo musicus est: si verus dicat adiciat quod: quoniam idem homo abulans est: verus dicit: si iungat: quoniam ille homo abulans musicus est. si si verum est de aliquo homine predicare: quoniam sit abulans musicus. de abulante autem musico verum est dicere quoniam musicus est erit ille homo abulans musicus musicus. sed de eodem verus est dicere quoniam abulans est. verus erit igitur de eo rursus dicere: quoniam homo abulans abulans musicus musicus est. Amplius quoque socrates socrates est: & rursus homo. erit igitur socrates socrates homo. si & bipes erit igitur socrates socrates homo bipes. si de socrate verus est dicere quoniam socrates homo bipes est. si cum dixi homines: de eodem & bipedem dixi. omnis enim homo bipes est & verus est ergo de eo dicere quoniam bipes est: si verus erat dicere quoniam socrates socrates homo bipes est: vera igitur predicatione erit. Socrates bipes bipes homo est. sed rursus hominem dixi: atque in eo aliud bipes notaui. omnis enim homo bipes est. Socrates igitur homo bipes bipes bipes est. & hoc in infinitum protracto superflua loquacitas inuenitur. non igitur fieri potest ut modis omnibus quicquid extra dicitur: id iunctum vere predicetur.

Quoniam ergo si quis simpliciter dicat completiones fieri. plurima inconuenientia contingit dicere. manifestum est. quemadmodum autem ponendum est. nunc dicimus. Eorum igitur que predicantur & de quibus predicantur quecumque secundum accidens dicuntur. vel de eodem. vel alterius de altero. hec non erunt vnum. ut homo albus est & musicus. sed non est idem musicus & albus. accidentia enim sunt utraque eadem nec si album musicum verum est dicere. tamen non erit album musicum vnum aliquid. secundum accidens enim album musicum dicitur. quare non erit album musicum vnum aliquid. quocirca nec cytharedus bonum simpliciter. sed animal bipes non enim sunt secundum accidens. amplius nec quecumque insunt in alio. quare neque album frequenter neque homo. homo animal est vel bipes. Insunt enim in homine animal & bipes.

Que superius comprehendit: ea nunc apertissima ratione determinat dicens: de his solum extra predicatis veraciter non posse vnam predicationem fieri veram: si coniuncta sunt. quecumque aut accidentia sunt eidem: aut cum vnum alij accidit: accidens aliud de illo accidenti predicatur. Si quis enim de socrate dicat: quoniam Socrates cytharedus est: rursus socrates bonus est. si utraque vere predicet: duo accidentia de vno subiecto predicauit id est de socrate. Quocirca non potest ex his fieri vna predicatione: ut dicatur socrates cytharedus bonus est. rursus si de socrate predicetur musicus: sit enim socrates musicus: de musico autem predicetur albus: & hoc fortasse sit verum: non tamen iam necesse est musicum album esse. Si enim sit musicus socrates: si de eodem musico albus predicetur: predicatur quidem de socrate subiecto musicus. de musico autem quod est accidens predicatur album rursus aliud accidens. Ergo non potest hic vna fieri vera propositio: ut dicatur. socrates albus musicus est neque enim semper musicus albus esse potest: sed hanc naturam habent accidentia: ut veniant & recedant. ergo si eius qui musicus albus est: in sole stantem calorem fuscauerit. non erit quidem album cum sit mu-

De interpretatione secunde editionis liber. v.

ficus. Quocirca neq; tunc euz vere predicabatur. qm̄
socrates musicus albus est: neq; tunc fuit vera recta
q; predicatio. non enim habet naturā permanēdi ac
cidens: vt semper vere predicet. Ratio aut̄ verboꝝ
sic constat. Qm̄ igit̄ si quis inquit dicat omnino quo
modolibet complexiones fieri. i. vt q; singillatiz predi
caueras: hoc complexū connerumq; proponas: pluri
ma inconuenientia dicere contingit. Multa enim cō
currunt impossibilia: sicut supra ipse monstrauit: tūc
quando ad nimiam loquacitatem perduxit eos eadez
frequenter nomina repetentes quemadmodum po
nendum est nunc dicimus. idest quemadmodum autē
debeant: que sigillatim vere dicuntur iuncta: predica
ri: nunc inquit dicimus. Omnia inquit que predicant̄
de alio ⁊ rursus de quibus alia ponunt̄ duplici mo
do sunt: aut enim accidentia aut substantialia sunt ⁊
alie quidem predicationes sunt secundum accidens:
quotiēs aut accitua duo de substantia: aut accidens
de accidenti alicuius substantie predicatur. alia vero
non secundum accidēs: quotiēs aliquod de aliquo sub
stantialiter dicitur. Eorum igitur quecuq; s̄m accidēs
dicuntur: eorum vel si duo sunt accidentia ⁊ de eodem
predicentur: vel si alterum accidens de altero accidēs
ti dicatur: ex his non potest vna fieri propositio: neq;
erit vnum si iuncta sint: ut homo ⁊ alb⁹ ⁊ ⁊ musicus.
albu. n. musicū: qm̄ i vna formā nō cōcurrūt: non fa
ciūt vnam propositionē. Mō. n. idē ē albu ⁊ musicum
vtraq; n. eidem sunt accidentia: non tñ idem sūt. nec
si album de musico predicemus idest accidens de acci
denti: ⁊ hoc verum sit non tñ necesse est id q; musicū
est esse album. neq; enim est vnum aliquid. Accidēt
enim id quod musicū ē albu ē: qm̄ enim id ipsum cui
musicū accidit album ē: iccirco musicū album dicitur
non est autem idem musicum album. Quocirca eadē
ratione tenet: vt non possit idem esse cytharedus bo
nus: nec in vnum corpus coniuncta faciant vnū aliqd
quamq; singillatim vere predicentur. q; si quis aliqd
substantialiter predicet: duasq; res singillatim dicat
possunt in vnam propositionem redire: que substātia
liter vere sciuncte separatimq; ponunt̄. homo enim
cum ⁊ animal sit ⁊ bipes: est animal bipes: ⁊ sit ex his
vna predicatio: Nam neq; animal secundum accidēs
inest homini nec bipes: quod per hoc ostendit quod
ait. sed animal bipes. non sunt enim secundū accidēs.
Addit quoq; illud quoniam nec ea iuncta recte ponū
tur: quecuq; vel latenter vel in prolotione in aliquo
terminorum continentur: qui in propositione positi
sūt. Iccirco. n. de hoīe albo non debet dici alb⁹: vt ve
niat predicatio homo albus albus: qm̄ iam in homi
ne albo p̄tinet̄ albu. rursus de hoīe iccirco nō debet
predicari bipes: qm̄ licet non sit prolātū: tñ qui hō est
bipes est. sed de hoīe si q; bipes p̄dicet: de re duos
habente pedes neq; hac differētia qd ē bipes: p̄di
cat bipes. quocirca erit hic quoq; hō bipes bipes hō
enī bipes p̄tinet̄ intra se: ⁊ qui dicit hoīes cū sua dif
ferētia dicit. Si q; ergo adhuc predicet bipes: de re
duos hñte pedes bipedē p̄dicauit. Erit ergo homo bi
pes bipes. s; ita p̄dicari s̄ d; . Lōtinet̄. n. i hoīe bipes
ad q; si rurs⁹ bipes p̄dices: molestissimā facies repeti
tionē. hoc. n. est quod ait. Amplius nec quecuq; sūt i
aliquo idest continentur vel prolotione: vt in eo q; est
homo alb⁹ cōtinet̄ i eo albus: qm̄ prolotione iam dictū
ē. aut potestate ⁊ vi: vt in eo q; est homo continetur
bipes: quamq; dictum penitus non sit.

¶ Verum autem est dicere de aliquo ⁊ simpliciter

vt quēdā hominē hominē aut quēdā albu hominē
hominē albu. nō aut̄ semper. sed qm̄ i adiecto aliqd
quidē oppositoꝝ inest: quod cōsequit̄ cōtradictio.
non verum. sed falsum est. vt hominē mortuū ho
minē dicere. qm̄ aut̄ non inest. verum est.

¶ Hec qd̄ supioꝝ p̄ria ē. illic. n. querebat̄ si q; sigillatiz
p̄dicarēt: an sp̄ vere eadē p̄iuncta cōpositaq; dicerēt
hic at̄ cōuerso ordine id q̄rit: an ea q; cōposita vere p̄
dicāt̄ singillatiz dicta vere dicāt̄. p̄ obitū enī socratis
possum⁹ dicere hoc cadauer hō mortuus ē: ⁊ hoīem
mortuūq; iūgētes vnā inde tñ verā p̄dicationē face
re. solū aut̄ hoīes dicere cadauer. illud nō ē verū. rur
sus eundē Socratē viuū vex ē dicere qm̄ aīal bipes
ē: ⁊ singillatiz vex ē dicere qm̄ aīal est. quare q̄rit̄ que
sit h⁹ quoq; differētia p̄dicationis: vt cū cōiuncta dicā
tur ⁊ ve de subiectis p̄dicāt̄: alias qd̄ extra vere dici
possint: alias vō p̄ter illā p̄iunctioz si simplicia dicāt̄
falsa sūt. hoc at̄ q̄si dubitās dixit. ita enī legēdū ē q̄si
si dubitās diceret sic. Vex ē at̄ dicere de aliquo p̄po
sitiū p̄iunctūq; aliqd: vt de aliquo hoīe hoīem. aut de
aliquo albo albu. ita vt extra hoīz aliqd simplr̄ p̄dica
tur. an vero nō sp̄. Et dat regulā q; p̄noscam⁹ an q; cō
posita dicūt̄: eadē singillatiz dicere possint an mime.
Quotiēs enī talia sūt q; p̄dicāt̄ cū alio: vt in se nō ha
beant p̄dictionē p̄dicata p̄fit̄ dici ⁊ sepata veraciter.
Qd̄ si hñt̄ i se cōtradictionē aliquā: que p̄dicant̄ ⁊ cō
posita dicuntur: separata vere predicari non possunt:
vt ea que dicit cadauer hoīes mortuū vere dicit. solū
autem dicere hoīes vere non potest: iccirco quoniam
prius cū coniunctione predicauit dicens hoīes mor
tuū: mortuusq; adiacet hominis p̄dicamēto. cū hoīe
enī p̄dicatū mortuū cōtradictionē tenet contra hoīes
Est. n. homo animal. mortuus vō non aīal. ergo mor
tuus ⁊ homo cōtradictionē aliquā inter se habent. Il
lud enī est animal: illud vero non animal. Quocirca
qm̄ inter se hñt̄ hec quādā cōtrarietate separatus ho
mo de mortuo homine solus nō dicitur. Eodem quo
q; modo est si quis dicat manū esse marmoreā statue
verū dicit. solum autē manū dicere eam que statue ē
falsū ē. h; . n. manus potestatem dandi accipiendiq;
sed illa marmorea non h; . ergo est quēdā cōtradictio
inter manū ⁊ manū marmoreaz: quod illa dare atq;
accipere potest: illa non potest. hec enī sibi opponū
tur cōtradictionis modo. Ergo quotienscuq; tale ali
qd̄ p̄dicat̄: vt hō de cadauere: cui tale aliquid coniu
ctū sit atq; adiacet: quod faciat cōtradictionē cōtra
predicatū vt hic adiacet mortu⁹ hoī. simulq; p̄dicat̄
de cadauere: vt faciat contra ipm̄ hoīes cōtradictio
nem: eam que in se contineat: non potest separari ve
ra p̄dicatio: vt singillatim dicatur. Si vero nō sit ista
cōtradictio potest: vt i eo qd̄ ē. Socrates animal bis
pes est: aīal ⁊ bipes nulla cōtradictioe opponūt̄. quo
circa pōt̄ de eo ⁊ animal singillatim atq; simpliciter ⁊
bipes dici. sensus quidem est huiusmodi: Ordo autē
se sic habet. dubitans enim dixit. Verum est autem
aliquid dicere d̄ aliquo compositē ⁊ cōnere: ⁊ rursus
simpliciter: vt quendam hominem aut quendam al
bum hominem. an certe non semper. sed tunc quan
do in adiecto idest in eo quod adiectum cum aliquo
predicatur: inest aliquid oppositorum talium q; conse
quitur cōtradictio idest quā oppositionem mor cō
sequit̄ cōtradictio: vt oppositiones hominis ⁊ mor
tui sequat̄ cōtradictio. scilicet aīal ⁊ nō aīal. Si igit̄
sic sint: nō ē verū simpliciter p̄dicari sed falsū. vt ho
minem

De interpretatione secunde editionis liber. v. 120

minem mortuum: quem coniuncte vere dicere possis: eum de homine solum non vere predicabis. Quando enim hec oppositio in his que predicantur non est: verum est quod coniuncte predicaueris: et simpliciter predicare. Adiectum est autem in quo venit aliquotiens oppositio huiusmodi: ut in eo quod est homo mortuus: mortuus adicitur homini. Aliter enim vere homo de caduere non potest predicari.

Uel etiam quando inest: semper non verum est: quando vero non inest. non semper verum est: ut homerus est aliquid. ut poeta. ergo etiam est. an non secundum accidens enim predicatur esse de homerus. quoniam enim poeta. sed non secundum se predicatur de homerus. quoniam est.

Quoniam supra dixerat quando esset in adiecto contradictio non esse vere simpliciter predicare. quando vero non esset verum esset quod coniuncte diceretur simpliciter dicere. hoc ipsum quoniam videbat in aliquibus non esse verum consequenter emendat. ait enim verum esse illud quod supra dictum est: quandoque in adiecto esset aliqua contradictio non esse verum simpliciter predicare quod coniuncte diceretur. Quando autem non inest contradictio non semper verum est predicare simpliciter quod coniuncte vere diceretur. Sed aliquoties quidem verum: aliquoties autem falsum. huius rei tale exemplum est. Cum dico homerus poeta est: est et poeta coniuncte de homerus vere predicavi. Sin vero dixeris homerus est falsum est: quia non sit aliqua contradictio inter est et poetam: neque in adiecto est vlla oppositio talis. quam consequatur contradictio. cur autem hoc euenit talis ratio est. De homerus enim poetam quidem principaliter predicamus: eum dicimus homerus poeta est. est autem verbum de poeta quidem predicamus principaliter: de homerus autem secundo loco. non enim ideo predicamus eum quia homerus est: sed quia poeta est. Sublato igitur eo quod principaliter predicatur id est poeta licet nullam contradictionem habeat est quod adiacet poetam: contra poetam: non fit vera predicatio dicendo homerus est: secundum accens. n. est predicat non principaliter sublata autem principali predicatione quod secundum accens predicabat: continuo falsum reperit. quod autem addidit.

Quare in quantiscumque predicamentis neque contrarietas inest. si diffinitiones pro nominibus dicantur et secundum se predicantur. et non secundum accidens. in his aliquid et simpliciter verum erit dicere. Quod autem non est. quoniam opinabile est non est verum dicere esse aliquid. opinatio enim est. non quoniam est. sed quoniam non est.

Ea que supra dixit vna narratione colligit dicitur. que cumque eo modo predicantur: ut neque in nominibus: neque in diffinitionibus propriis aliquam teneant contrarietatem: hec et extra simpliciterque predicata vera sunt ut in eo quod est mortuus atque homo. hec quidem nominibus nullius contrarietatis contradictionisue sunt. Sed si horum pro nominibus diffinitiones reddantur mor contrarietas oppositionis agnoscitur. Si quis enim hominis diffinitionem dederit dicit esse animal rationale. Si quis mortui dicit esse corpus vita priuatum atque inanimatum: et ex hoc tota vis contradictionis appareret. Quocirca si sumantur diffinitiones pro nominibus: et in his aliqua contrarietas inesse videbitur. vel si secundum accidens aliquid predicetur. ut

est de homerus: cum de eo poeta principaliter predicetur: non predicabuntur simpliciter vere: quecumque composita predicabuntur quod si neque vlla contrarietas sit: et per se predicentur et non per accidens: quicquid compositum vere dicitur: hoc et simpliciter vere predicatur. Quoniam autem fuerunt quidam qui hoc ipsum quod non est eum dicerent totum syllogismum his propositionibus coniungeres. Quod non est opinabile est. quod autem opinabile est. ergo quod non est. hoc ergo dicit si verum est predicare inquit de eo quod non est quoniam opinabile est: est quidem verbum de opinabili predicamus: de eo autem quod non est secundum accens predicatur est. quoniam enim quod non est opinabile est: ideo secundo loco de eo quod non est verbum est predicamus. Quare non possum simpliciter dicere esse quod non est. ideo enim opinabile est quod non est. Scibile enim est si per se esset non opinabile: sicut homerus ideo dicitur. quod poeta est non quod per se est. Uel certe ideo dicitur homerus esse poeta quod poesis ipsius extat ac permanet: sicut aliquos in filiis sepe viuere dicimus. Quocirca id quod non est ideo esse dicitur opinabile: quoniam ipsius est opinatio. Ad autem quoniam id quod non est per se aliquid esse potest. his ergo ante perstrictis atque ordine terminatis ad propositionum modo rem in dyalectica vtilissimam de propositionibus tractatum disputationemque conuertit. Restat nunc de propositionum modis oppositio nemque differere. Multis enim dubitatum est rationibus: an idem modus esset propositionum sine modo propositionum qui illarum quoque que propriis modis et qualitatibus terminantur. inchoat autem de his rebus dubitationem sic

His vero determinatis perspicendum est quemadmodum sese habent affirmationes et negationes ad se invicem. hec scilicet que sunt de possibili esse et non possibili. et de contingenti et non contingenti. et de impossibili. et necessario. habent enim aliquas dubitationes.

Omnis propositio aut sine villo modo simpliciter pronuntiatur: ut socrates ambulat: ut dies est. vel quies quid simpliciter et sine vlla qualitate predicatur. Sunt autem alie que cum propriis dicuntur modis: ut est socrates velociter ambulat. Ambulationi enim socratis modus est additus cum dicimus eum velociter ambulare. quomodo enim ambulat significat id quod de ambulatione eius velociter predicamus. Similiter autem si quis dicat: socrates bene doctus est: quemadmodum sit doctus ostendit: nec solum doctus dixit: sed modum quoque doctrine socratis adiunxit. Sed quoniam sunt modi alij: per quos aliquid posse fieri dicimus aliquid inesse: aliquid necesse esse: aliquid contingere: que ritur in his quoque quemadmodum fieri contradictionis debeat oppositio. in his enim propositionibus que simpliciter et sine villo modo predicantur: facile locus contradictionis agnoscitur. Qui enim affirmatiois que est socrates ambulat: negatio si ad verbum ponatur: ut est socrates non ambulat: rectissime oppositione facta ambulare a socrate disiunxit. Rursus huius propositionis que est socrates philosophus est: si quis ad est verbum negationem ponat: integrum faciet negationem dicens. Socrates philosophus non est. neque enim fieri potest: ut ad aliud in simplicibus affirmationibus negatio ponatur nisi ad id verbum quod toti vix continet propositionis. Si quis enim in hac propositione que est homo albus est: non dicat fieri negationem eam que est homo albus non est. Sed potest homo non albus est: hoc modo falsum ostenditur per

De interpretatione secunde editionis liber. v.

positum per lapidem: Interrogetur enim de eo an lapis ille homo albus sit: vt si ille negauerit ponens negationem eius que est homo albus est eam que dicit homo non albus est. dicatur ei si non est de hoc lapide vera affirmatio: que dicit homo albus est vera erit de eo negatio scilicet ea que dicit homo non albus est sed hec quoque falsa est. Omnino enim lapis homo non est. atque ideo de eo non poterit predicari. quoniam homo non albus est. Quod si neque affirmatio neque negatio de eo vera est: hoc autem impossibile est vt contradictorie affirmationes et negationes de eodem predicate vtreque false sint. Constat eius affirmationis que dicit homo albus est non esse illam negationem que dicit homo non albus est. Sed potius eam per quam proponitur quoniam homo albus non est. Illudque igitur alibi ponenda est negatio in his que simpliciter et sine modo aliquo ponuntur nisi ad verbum quod totam continet propositionem. de his autem sufficienter supra iam diximus. In his autem in quibus modus aliquis apponitur: dubitatio est: an ad modum illum ponatur negatiua particula: an locum suum seruet ad verbum sicut in his quoque propositionibus fiebat: que simplices et sine vilo modo proponuntur. Nam si seruet locum suum negatiua particula. vt ponatur ad verbum proprietates contradictionis excidit: et verum inter se falsumque non diuidit. Modus enim quidam est facienda aliquid: quoties dicimus aliquid possibile esse vel necesse esse: vel quicquid huiusmodi est. Ergo si quis dicat me nunc posse ambulare: idemque neget negationem ponens ad verbum quod est ambulare: dicatque me posse non ambulare: affirmatio et negatio contradictorie de eodem dicte vere simul inueniuntur. De namque et ambulare posse et non ambulare manifestum est. Quod si in hoc modo possibilitatis non recte verbo particula negatiua coniungitur: etiam in his quoque que nullam habent differentiam: an ad modum an ad verbum est ponatur negatio: custodienda est talis oppositio: que huic speciei propositionum conueniat que cum modo proferuntur: vt in hac propositione que dicit. Socrates velociter ambulat. siue quis ita neget: Socrates velociter non ambulat: ad verbum ponens negationem: siue sic. Socrates non velociter ambulat. modo negatiuam particulam iungens: prope simile esse videbitur. diuidit enim cum affirmatione veritates falsitatemque vtroque modo aptata negatio. Sed quoniam sunt plures modi: in quibus si ad verbum iungatur particula negatiua: non est negatio superius enunciate affirmationis: ideo seruanda est in omnibus finem modum propositionibus ista proportio: vt vno eodemque modo cunctarum fieri oppositiones dicantur vt in illis quidem negatio que simplices sunt rem neget. In his autem que cum modo sunt modum neget: vt in eo quod est. Socrates ambulat: rem ipsam. id est ambulat neget: adinamque propositio dicitur. Socrates non ambulat. In his autem que cum modo sunt: rem quidem esse consentiat: modum neget: vt in ea propositione que dicit. Socrates velociter ambulat: negatio dicat. Socrates non velociter ambulat: vt siue ambulet: siue non ambulet: nulla sit differentia. Modus autem id est velociter ambulandi perimat ex aduerso constituta negatio quamque hoc in quibusdam non fit: si simul. n. cum modo ipso et rem periri necesse est: vt in eo quod est Socrates potest ambulare: Socrates non potest ambulare. et modum et rem modo ipsi coniuncta particula negationis intercipit. sed hoc in his fere

evenit in quibus non fieri quidem aliquid dicitur: et actui ipsius non additur modus sed potius faciendi in futuro modus. vt si quis dicat Socratem ambulare posse: non quod iam ambulet: sed quod cum sit ambulare possibile. hic si possibili negatio coniungatur etiam rem ipsam tulisse videbitur: de qua illa possibilitas predicabatur. si quis autem dicat quoniam Socrates velociter ambulat: facere eum aliquid dicit: modumque illi actui iungit: vt quemadmodum illud faciat: quod facere dicit quilibet agnoscat. in his res quidem permanet: modus autem subuitur: vt supra dictum est. An certe illud magis verius est dicendum: quod semper huiusmodi propositiones modum quidem auferunt: rem vero de qua modus ille predicatur: non perimant et in quibus ponitur res: vt in eo quod est Socrates velociter ambulat: et in quibus predicatur actus ipse et presens: quod fiat atque agatur: manifestum est modum quidem subui: rem vero que fieri dicitur permanere: vt cum dicimus Socrates non velociter ambulat. Ambulare enim eum quidem non subtractum est: sed tantum hec negatio velocitatem ab ambulatione disiunxit. In his autem que possibilitatem aliquid in futuro faciendi per modum ponunt: nullus omnino actus ponitur: sed tantum modus ad quem modum iuncta negatio modum quidem perimit. Sed res illa de qua modus predicabatur non permanet: ideo quoniam nec tunc cum predicabatur cum modo aliquid fieri agere propositum est: vt si quis dicat Socratem possibile esse ambulare. positum quidem modus est: res vero actu constituta non est. Non enim dictum est quoniam ambulat: sed quoniam possibile est ambulare. Hanc ergo possibilitatem tollit negatio in propositione que dicit Socratem non possibile est ambulare. Sed in eadem propositione res de qua dicebatur modus ille non permanet. hoc autem ideo evenit quia nec in affirmatione quidem posita est res de qua predicatus est modus. atque ideo non a negatione perempta est res quippe quam negatio positam non inuenit: sed tantum modum: qui etiam ab affirmatione constitutus est. Magna autem distantia est an ad modum negatio ponatur an ad verbum. nam si ad verbum ponatur predicatum a subiecto disiungitur: vt est Socrates non ambulat. Nam ambulat. quod est predicatio a subiecto quod est Socrates diuisum est. Sin vero ad modum ponatur non predicatio a subiecto diuiditur. Sed a predicatione potius disiungitur modus vt in eo quod est. Socrates non velociter ambulat: non ambulationem a Socrate propositio ista disiungit: sed velocitatem ab ambulatione id est modum a predicato. et hoc in his facilius evidentiusque apparet: quecumque ita predicantur: vt et fieri et non fieri posse dicantur. Oportet autem quid sit possibile: quid necessarium quid inesse diffinire: eorumque significationes ostendere: quod et nobis et ad huius loci subtilitatem procedit: quem tractamus: et superiora quecumque de contingentibus dicta sunt magis liquebunt: et analyticorum mentem nobis apertissima luce vulgabit. Quattuor modi sunt quos Aristoteles in hoc libro de interpretatione disponit. Aut enim esse aliquid dicitur: aut contingens esse: aut possibile esse: aut necesse esse. Quorum contingens esse et possibile esse idem significant. nec quicquam discrepat dicere cras posse esse circenses. Et rursum contingere cras esse. Circenses: nisi hoc tantum: quod possibile quidem potest priuatione subduci: contingens vero minime. Contra enim id quod dicitur possibile esse: et negatio possibilitatis inferitur aliquando vt est

ut est non possibile est esse: et privatio ut est impossibile esse. Nam quod dicimus impossibile esse: privatio possibilitatis est: in contingenti autem quaecumque idem significet: sola tamen opponitur negatio: nulla enim privatio reperitur ut in eo quod est contingens si hoc perimere volumus dicimus non contingens et hec negatio est. Incogitans autem nullus dixerit: quod est privatio. Cum ergo contingens esse et possibile idem significet: multa in his diversitas est secundum Porphyrium. que sunt necessaria et esse tamen significantia: et contingencia vel possibilita. Quod enim esse aliquid dicitur: de presenti tempore iudicat. Si quid enim nunc alicui est: hoc esse predicatur: Quod vero ita inest: ut semper sit et nunquam mutetur: illud necesse esse dicitur: ut soli motus: lunaque cum terra obsistit defectus. Que autem contingere dicuntur vel possibilita esse: illorum neque secundum presens: neque secundum aliquam immutabilitatem speculamur aduentum: sed tantum respicimus: quantum contingenti propositio pollicetur. Quod enim posse esse vel contingere dicitur: nondum quidem est: sed esse poterit. siue autem eveniat siue non eveniat: quod tamen esse potest: contingens et possibile dicitur propositio: non enim ex eventu dicitur dicantur huiusmodi propositiones: sed potius ex significatione hoc modo. Si quis enim dicat posse esse cras circenses: possibilis est contingensque affirmatio. Quod si cras sint Circenses: non tamen est aliquid actu propositionis contingens vel possibilis permutatum: ut necesse fuisse videatur: quod illa possibiliter promittebat. Quod si rursus non sint circenses omnino nec sic aliquid permutatum est: ut necesse fuisse non esse circensium videatur. Nomen enim (ut dictum est) secundum eventum ista iudicantur sed secundum propositiones potius ipsius permissum: quod enim dicit quisque dixerit cras posse esse circenses. hoc (ut opinor) siue sint siue non sint: nulla tamen interclusum est necessitate: ne non sint. Quare quatuor modorum duo quidem idem sunt: id est contingens et possibile. hi duo autem cum duobus reliquis atque ipsi reliqui a se dissentiant. Possibile enim et contingens distat ab ea propositione que dicit aliquid esse: hec enim secundum possibilitatem futuri temporis affirmationem proponit: illa vero secundum presentis actum. Utque vero et ea que esse et ea que possibile esse vel contingere esse significat necessaria propositione disiuncte sunt: necessitas enim non modo in esse vult aliquid: sed et immutabiliter inesse: ut illud quod esse dicitur nunquam esse non possit. Quo circa consequentia quoque ordinis evidenter apparent. Quod enim est necessarium: sine eo quod est esse vel contingere esse vel possibile esse non dicitur. Quicquid enim necessarium est et esse potest vel si esse non posset non esset omnino. Quod si non esset nec necesse esse diceretur. Quare omne necessarium et esse dicitur et possibile. sed non eque omne: quod est: necessarium est. possunt enim quedam esse: que ut sint non necesse est: ut Socratem ambulare. vel cetera: que de se parabilibus sumuntur accidentibus. vel rursus quod contingit esse vel esse possibile est: mori esse non necesse est. Quare necesse esse quidem sequuntur esse et possibilitas. sed neque esse neque possibile esse: necessitas vlla consequitur Rursus omne esse sequitur posse esse. Quod enim est et potest esse. Nam si esse non posset: sine vlla dubitatione non esset possibile autem esse non sequitur esse. Quod enim possibile est esse potest et non esse: ut me possibile est nunc quod percedere: sed hoc non est necesse. Non enim nunc percedo. quare gradatim omnis est hec consequentia. necesse est namque et esse sequitur et possibilitas. Rursus esse eadem sequitur possibilitas: possibilitatem autem nec esse sequitur nec necessitas. Liqueat ergo quoniam duo modi sunt possibilitum.

unum quod iam sequitur necessitate: alterum quod non sequitur ipsa necessitas. Nam cum dico necesse est ut nunc sol moueatur. hoc etiam possibile est. cum dico possibile est nunc me sumere codicem non necesse est esse. Recte ergo ab Aristotele paulo post dubitatur: an sit illud possibile quod necessitati conveniat. Sed cum ad eadem loca venerimus: quid sibi ista possibilitum similitudo velit vel quem admodum discerni possit agnosceremus. Nunc autem quoniam affirmatiuarum propositionum consequentias exploramus: negatiuarum rursus consequentias exploremus. Harum namque quatuor propositionum que sunt ex esse et necesse esse ex possibili esse et contingere esse: quatuor negationes sunt non esse non necesse esse non possibile esse non contingens esse. Sed quemadmodum affirmatiodes contingere esse et possibile esse eadem erant secundum significationum similitudinem: ita quoque negationes eadem sunt neque enim discrepat quicquam dicere non possibile esse: quam si enunciet non contingit. Consequentie autem se in affirmatiuis habebant hoc modo: ut necessarias propositiones sequeretur esse aliquid significantes atque posibles. eas autem que esse aliquid dicerent eadem posibles sequeretur. sed neque possibilebus esse aliquid significantes nec necessarie consentiebant. In negatiuis vero e contra est. negationem enim possibilitatis sequitur et eius que est esse aliquid significantis negatio et necessarie. Negationem vero necessarij neque eius quod est esse neque eius quod est possibile esse negatio sequitur. Disponentur enim in ordine omnes hoc modo.

possibile esse	non possibile esse.
contingens esse	non contingens esse.
esse	non esse.
necesse esse	non necesse esse.

Repetendum igitur breuiter est affirmatiuarum consequentias: ut quemadmodum e converso sint. In negatiuis euidetius pateat. Esse sequitur possibilitas et contingencia. Possibilitatem vero et contingentiam esse non sequitur. Necesse vero esse sequitur et esse et possibilitas et contingencia. possibilitatem autem et contingentiam nec esse sequitur nec necessitas. In negationibus vero e contra est non posse esse et non contingere esse sequitur non esse: quicquid enim non potest esse non est: non esse autem non possibile esse non sequitur: quod enim non est: non omnino interclusum est: ut esse non possit. Illuc enim ego Traiani forum non video sed non est necesse ut non videam: fieri enim potest ut propi accedens videam. Rursus non posse esse et non contingens esse nec non esse sequitur nec non necesse esse. Quod enim non est: non videbitur vere dici: quoniam illud esse non potest: sed potius quoniam potest non esse vel esse: quod est non necesse esse: quod enim esse non potest: non videbitur vere dici: quoniam illud non necesse est esse: sed potest: quoniam illud necesse est non esse: id est nullam entiam habere. Negationem autem necessitatis. id est non necesse esse: neque non esse sequitur neque non possibile esse. De enim ambulo non necesse est ambulare: neque enim ex necessitate quicquam ambulat: nec rursus quod non est necesse: id non potest fieri. quis enim ambulat non quidem ambulare illi necesse est sed tamen potest. Atque ideo quod non est necesse esse: non omnino interclusum est ut esse non possit. Et de non contingenti eadem ratio est: diverso ergo modo quam in affirmatiuis negatiua conversio est. Illic enim necessitates et essentia et possibilitas sequebatur. essentiam autem possibilitas. sed neque possibilitatem essentia vel necessitas. nec rursus necessitas essentiam sequebatur. q

De interpretatio. editionis secunde lib. quintus.

autē nō autē non possibile esse et non necesse esse consequitur. Sed neque non necesse esse non eē sequitur: neque utraque possibilitatis negatio: que non posse eē aliquid proponit. An magis illud dicēdū est: quod sicut se in affirmationibus habet: ita quoque in negationibus: ut theophrastus acutissime perspexit. fuit enim consequentia in affirmatiuis: ut necessitatem et esse consequeretur et possibilitas: possibilitatē vero nec esse sequeretur nec necessitas. Idē quoque penitus perspicientibus in negationibus apparebit: veniens namque negatio in necessario faciensque huiusmodi negationē que dicit nō necesse est eē vim necessitatis infringit et totam propositionē ad possibile ducit quod enim nō necesse est esse: fracto rigore necessitatis ad possibilitatem perductum est: sed possibilitatem nec esse sequebatur nec necessitas: recte ergo fractā necessitatē et ad possibilitatem perductā cū negatio dicit non necesse eē: nec nō esse: nec non contingere eē consequitur. Rursus qui dicit possibile eē: si ei disjunctio negationis addatur: tollit possibile: et ad necessitatis perpetuitatem negativa forma totam propositionem reuocat: ut est non possibile. quod enim est possibile: non est adhuc: quādo dicitur sed in futuro: sic quidem negatio illius in necessitatem verā de eo quod est mutare non poterit: quod enim nō possibile est eē fieri non potest ut sit: quod autem fieri non potest ut sit: necesse ē ut nō sit: ergo necessariam quandā vim habet propositio in qua dicimus nō posse eē aliquid: sed necessitatē sequebatur et eētia et possiduitas. Non necesse autē eē ad possibilitatē respicit. Recte ergo non necesse esse: quod est iam possibilitatis: sequitur propositionem que dicit non posse eē: quod est necessitatis. Alij ergo ordinem propositionum sunt vis tamen eadē: ut necessitatem cuncta sequatur: possibilitatem vero necessitas si sequatur. Hic oritur questio difficilis: nam si necessitatē sequitur possibilitas: non necesse autē possibilitati consue est: cur necesse esse non sequatur id quod dicitur nō necesse esse: nam si possibilitas sequitur necessitatē non necesse autē eē sequitur possibilitatem. Sequi debet necessitatē ergo id quod nō necesse ē predicamus. Que hoc modo dissoluitur. nō possibile eē quod vim habeat necessitatis: differt tamen a necessitate: quod illa affirmatiuam habet speciem: illud vero negatiuam. sic etiam possibile eē et non necesse eē differunt eo tantum quod illud est affirmatiuum: illud vero negatiuum: cum vis eadem significationis sit. Sed necessitatem affirmatio possibilitatis et contingentis sequebatur quod enim possibilitatem imitetur eius consentiat id quod dicimus nō necesse eē: tamen quedā negatio ē. Recte ergo affirmationē que necesse eē: nō sequitur negatio: per quā aliquid nō necesse eē proponimus. Et hanc quidem huius solutionē questiois theophrastus vir doctissimus reperit. Illos autem his determinatis ad sequētia procedamus. Sunt enim ut ipse Aristoteles ait in his multe dubitationes: sed totius textus plenissimum sensum primo ponamus: qui etsi longus est tamen ne intercisā videatur esse sententia non grauabor apponere.

Cum si eorum que complectitur ille sibi inuicem oppositae sūt contradictiones: quecumque secundum esse et nō esse disponuntur: ut eius: que est eē hominē negatio est nō esse hominē: nō esse nō hominē. et eius que est esse albū hominē: negatio ea que est nō esse albū hominē: sed nō eē nō albū hominē. Si eni de om-

nibus aut dictio est: aut negatio. lignū erit verū dicere eē nō albū hominē. Quod si hoc modo: et quantumcumque esse non additur: idem faciet id quod pro esse dicitur: ut eius quod est ambulat homo: negatio est non ea que est ambulat nō homo: sed ea que est nō ambulat homo. nihil enim differt dicere homines ambulare: vel hominē ambulante esse.

Hec Aristotele subtiliter discurrente illud opus agnoscere: quod multum differt ipsius possibilitatis vim naturamque diffinire vel proprie sciētie qualitate cōcludere: et possibile enūciationem qualis eē debeat indicare. Namque impossibilis cognitione illud solum perspicere an id quod dicitur fieri possit nullo extrinsecus impediente casu: quod etiam si accidat nihil de statu prioris possibilitatis pinutatur: verum ipsius possibilis enūciationis diuicatio plurimum differt: quod mox poterit ex ipsa de possibilibus enūciationibus disputatio cognosci. Nam sicut non ē idē hominis diffinitionē respondere querētibus: et ipsam diffinitionē alio termino diffinitionis includere: ita non idē ē de possibili enūciatione et quid ipsum possibile est tractare. Unde fit ut eū possibile atque contingens idem in significationibus sit diuersum eē in enūciationibus videatur. Supra namque docuimus possibilitatem et contingentiam eiusdem significationis eē: ut quod cōtingeret fieri: idē esset possibile: et quod possibile eēt idē quoque cōtingeret. Sed possibilis enūciatio non est eadē: que contingens: neque enim si quis possibilem affirmationē proponat eius opponat contingentem negationem: rectam faciet contradictionem. Si quis enim dicat quodlibet illud esse possibile: alius respondet negans rem illam contingere: licet quantum in significatione ē priorē possibilitatem abstulerit: non tamen dicenda est cōtradictio: in qua alij termini in negatione: alij in affirmatiōe enūciati sunt. Possibilis enim affirmatio de possibilitate negationem non de contingentia habere debet. Idem quoque in contingentibus. Illeque enim si quis aliquid contingere dicit: opponenda illi est possibilitatis negatio: licet idē sit possibile quod contingens. Constat ergo diuersissimam esse rationem modi per se diuicandi et enūciationis: que cum modo: et qualitate predicatur. Unde fit ut quod idem in significationibus possibilitas et contingentia sunt: quasi diuersae ab Aristotele in modorum ordine proponantur. Illud autem ignorandum non est quod Stoicis vniuersaliter videatur esse possibile a necessario. Diuicunt enim enūciationes hoc modo Enūciationum inquit alie sunt posibles: alie impossibiles. Possibilium autem alie sunt necessarie: alie non necessarie. Rursus non necessariae: alie posibles alie impossibiles stulte atque improvide idē possibile et genus non necessarij et speciem constituēt. Mouit autem Aristoteles id possibile quod non necessarium est: et id possibile rursus quod necessarium esse potest. Eodem namque modo non dicitur possibile eē quod vel ex falsitate in verum transit aliquando: ut rursus ex veritate transit in falsitatem: ut si quis dicat nunc quoniam dies est: verum dixerit: idem si hoc nocte predicet falsum est: et hec veritas propositionis in falsum est permutata. Sic ergo quedam sunt possibilitates: ut eas esse et non esse contingat: que nō eodem modo dicuntur quēadmodum ille que mutabilem naturam non habent: ut hec scilicet quas necessaria diximus: ut si quis dicat solem moueri: vel soles possibile

possibile esse moueri: hec nunquā ex veritate in falsitatem mutabuntur. Sed nunc de Aristotelis et stoicorum dissensione tacendum est. Illud tamen solum studiosius perquirendum est: quo loco sit ponenda negatio in his propositionibus in quibus modus aliq̄s predicatur: aut que dicentur enunciationes esse possibile contingentes et necessarie et quecuq̄s cū modo sint propositiones. Ille veraciter esse secundum modum sicut alie h̄m esse dicentur: in quarum significatiōibus rei de qua predicantur subsistendi qualitas inuenitur: vt cū dico Socrates bene loquitur. modus quidam est bene loquendi Socrates. Ergo sicut in his propositionibus: quecuq̄s cuiuslibet illius rei subsistentiam promittunt: ad ipsā subsistentiā negatio ponitur vt cū dicim⁹. Socrates ē: ad esse aptatur negatio cū negamus. Socrates nō est. Ita quoq̄ in his que modū subsistentie dant: ad eū modū ponenda ē negatio: qui ad illā subsistentiā videtur adiectus: vt cū dicim⁹ Socrates bene loquitur: modus ipsius rei est id quod predicamus bene. Ad hunc ergo modū et qualitates ponenda est negatio. Possibiles autem propositiones vel contingentes eas esse dicimus: in quibus ipse modus monstratur et nō potius eē de modo dicitur: sed modus de eo quod est eē. Cum enī dicimus possibile eē quidem quiddam dicimus: quēadmodum aut sit additum est: id est possibile vt nō necessarius neq̄ alio aliquo modo: nisi tantum secundū potestates dicitur: sit ergo eē subiectū: predicatur vero modus vel contingens vel possibile vel necessarius vel quilibet alius. atq̄ hec quidem propositiones h̄m modū dicuntur: in quibus de substantia nihil ambigitur. De modo autem et sola qualitate tractatur. Sin vero subiicitur modus quidem: predicatur vero eē: tūc de substantia rei queritur non de modo: vt si quis dicat possibile est: vt ipsum possibile in rebus eē pronunciet. huic propositioni nullus modus adiectus est. Cū enī dicimus possibile est modum habere: hoc ita per se non dicimus: sed sit particulam propositionis ablatam ita eā perspicimus quasi cū propositione eēt coniuncta: quam si cum propria propositione iunrim⁹ q̄li modo predicatur apparet. Cum enim dicim⁹ possibile est: vt modum significet: particula propositionis ē quam si suo corpori aggregemus facientes aliquam propositionem: quid modus ille perficiat agnoscimus age enim id quod dicimus possibile est coniungamus alijs predicamentis: atq̄ inde vna enunciatio conficiatur: dicamusq̄ socratem ambulare possibile est. Videt ne modum in propositione possibile: vt etiam siue Socrates ambulet: siue non ambulet posse eum tamen ambulare ex ipso propositionis modo quilibet agnoscat. Ita ergo de toto auferentes partes possibilem enunciationem quasi tota sit propositio speculamur: vt in his dictionibus fieri solet: que pluralitatem determinant: vt si dubitamus: contra omnis an nullus ponatur an nō omnis: ita eas speculamur quasi integras propositiones: quas determinationes propositionum eē manifestum est. Concludenti ergo dicendum est in his que modū predicant: omnes alie res subiecte sunt vt eē vel ambulare vel legere vel dicere vel quicquid aliud cum aliquo modo fieri dicim⁹. in his autem vbi modus ipse subiicitur: eē vero predicatur: vt sit integra propositio: non est cum modo propositio. Sed ibi tantum de substantia modi proponitur: vt si quis dicat possibile est quidam in rebus dicit esse possibile: et rursus contingens est: quidam in re

bus dicit eē quod contingat: et rursus necesse est: quidam eē dicit in rebus quod sit necesse: hic non de modo sed de solo eē tractatur: quare quotiens quidem eē subiicitur: modus autē predicatur: vt cū dicimus Socratem ambulare possibile est: ad modum iungenda negatio est. Quotiens vero modus subiicitur: eē autē predicatur: ad eē ponenda est negatio: vt cū dicim⁹ possibile est: quia ita dicimus tanq̄ si dicerem⁹ possibilitas est: et cum dicimus contingens est: ita dicim⁹ tanq̄ si diceremus contingens est: ad eē ponenda negatio est: dicendumq̄ est possibile non est: quod idē valet tanq̄ si dicerem⁹. possibilitas nō ē. Eodē quoq̄ modo et de contingens. Non autem perfecte speculantibus idem semper videtur subiectū: quod primo loco reperiri dicitur. Idem predicatum semper: quod secūdo loco predicatur. In quibusdā enim verum est. In alijs vero ex significatione potius propositionum colligimus: qui terminus subiectus sit: qui vero predicatus. Nam cum dico homo animal est: prius mihi necesse est hominem dicere: post predicare animal atq̄ ideo subiectus dicitur homo: animal vero predicatur. In his autem in quibus modus additur: sicut est cū dicimus: socrates bene loquitur. idē valet tanq̄ si dicam⁹: socrates bene loquens est: et hic quidem bene prius dictum est: postea vero loquens est: et videtur esse quidem subiectus id quod dictus est bene. Predicatus autem id quod dictus est loquens est. Sed hoc falsū est. et hinc facillime potest inueniri: quod loquentem quidem cum esse nullus ignorat: quisquis audit socrates bene loquentem esse. vix autem totius propositionis modus continet. in id enim intendendus est animus non si loquatur hoc enim indubitatus est. Nam qui eus bene dicit loqui: loqui quoq̄ consentit. Quare ad modum intendendus est animus ad id quod dictum ē bene: Socrates enim bene loquitur: quod dicit loqui quidem nō sufficit dicere nisi etiam dicat bene. Continet ergo totam propositionem modus: sicut rursus totam propositionem continet predicatio: modus igitur in his propositionibus potius predicatur. Concludendum est ergo vniuersaliter omnem modorum contradictionem non secundū eē verbum fieri: nec secundum id rursus verbum quod in se esse cōtineat: sicut potius secundum modum. Continere autem in se verba id quod est eē dicuntur: vt cum dicimus loquitur. tanq̄ tūc enī valet tanq̄ si dicamus loquens ē. Quare quecuq̄ propositiones quilibet illum in se retineant modum. Dubitandum nō ē: quin non ad id quod ponit eē: negatio iuste applicetur. Sed potius ad eum modum: quo aliquid eē fieri ve pronunciet. Omnis namq̄ cum modo affirmatio talis ē: vt nō intendere debeat animū auditor ad id quod eē dicitur. Sed ad id potius quō illud eē dicatur: vt cū dicim⁹: socrates bene loquitur. nō perspicendum ē an loquatur: sicut potius illuc animi dirigenda intentio ē quēadmodum loquat. hoc enim videtur continere totam propositionem. Ergo contra possibile eē non ē ea negatio: que dicit possibile non eē: sed non possibile eē: eodē modo et contra eam que dicit cōtingere eē: nō ea que enunciat contingere nō eē sed potius ea negatio ē: que dicit non contingere eē. Idē quoq̄ in necessarijs impossibilitatibusq̄ modis ceterisq̄: quā nunc Aristote. pro solita breuitate transgressus ē: faciendum videtur. Sed quoniam cōmentationis virtus ē non soluz vniuersaliter vix sensus exprimere: verum etiam textus ipsius sermonibus ordinisq̄ cōnectere: que superius confuse dicta

De interpretatio. editionis secunde lib. quintus.

sunt nunc p sermonum ipsorum ab Aristotele dictorum ordine diuidamus. **C**his vero determinatis perspicendum e quomodum se habent negationes et affirmationes adinuicem be. scilicet que sunt de possibili esse et non possibili esse et contingere et non contingere et impossibili et de necessario. habent enim aliquas dubitationes. **P**eripiciendum inquit est de affirmationibus negationibusque qua ratione videantur opponi. **I**n his propositionibus quas quidam modum continent: ut in his que sunt possibles vel contingentes vel necessarie vel impossibles vel vere vel false vel bene vel male: vel que quid aliqua qualitate predicatur. **N**on enim inquit aliis dubitationes et que dubitationes habeant continuo eas subiicit. **I**lla si eorum que complectuntur ille sibi inuicem opposite sunt contradictiones: queque secundum esse vel non esse disponuntur. **S**ensus totus huiusmodi e: in oibus complexionibus propositionum illa in his oppositio valet: quecumque secundum esse vel non esse fit: ut cum dicitur homo e huius negatio e homo non e. **S**ed non ea que dicit non homo e: et rursum eius que proponit e albus homo illa negatio e que dicit non e albus homo: non ea que proponit est non albus homo. hoc ipsum autem quoniam e: que dicit est homo albus negatio est que dicit non est albus homo non ea que proponit est non albus homo sic demonstrat. **S**i enim de omnibus aut dictio aut negatio: lignum erit verum dicere esse non album hominem. **B**reuiter dictum e: si ita posse videtur exponi: propositum inquit sit lignum de quo due enunciationes dicantur: illud tamen nobis manifestum sit de oibus si affirmatio vera e fallax e negatione eadem. scilicet que contradictorie opponitur. et si vera negatio est falsa affirmatio e pronuncietur. **I**gitur de proposito ligno quoniam lignum hoc e albus homo hoc falsum e. **S**i igitur hec affirmatio falsa e: vera debet esse eius negatio. **S**i ergo ea e negatio affirmationis que dicit e albus homo: que negat dicentes e non albus homo: hec negatio vere predicatur de ligno dicente quolibet quod lignum hoc e non albus homo. **S**ed hoc fieri non potest: peripicue enim falsum e lignum non album hominem esse: quod enim omnino non est homo: nec non albus homo esse potest: false ergo sunt utraque et affirmatio que dicit de ligno quoniam lignum est albus homo: et negatio de eo que dicit quoniam non est albus homo. **Q**uod si sunt false utraque hec negatio illius affirmationis non e. **Q**uerenda e ergo alia que cum ea diuidat verum atque falsum. **Q**uia in re nulla alia reperitur contra eam que dicit est albus homo preter eam que dicit non e albus homo: nam si ea dicitur esse affirmatio huius que dicit e albus homo negatio: que enunciat est non albus homo: erit ut de ligno de quo affirmatio dicta falsa est: vera sit enunciatata negatio: eritque de ligno verum dicere quoniam lignum hoc e non albus homo. sed hoc impossibile est. **C**onstat ergo eam propositionem que dicit e non albus homo illius affirmationis non esse negationem que proponit est albus homo. **S**ed eam que dicit non e albus homo negationem esse eiusdem affirmationis que dicit est albus homo. **C**ides ne ergo ut prope in oibus affirmationes et negationes secundum esse vel non esse fiant. **I**lla enim album quidem esse dicit: illa negat album non esse dicentes: rursum illa dicit hominem esse: illa vero negat dicentes hominem non esse et in ceteris eodem modo est. **Q**uod si hoc modo et in quatuordecimque esse non addit: idem faciet quod pro esse dicitur: ut ei que ambulat homo non ea que est ambulat non homo negatio est. **S**ed ea que est non ambulat homo. **I**llud enim differt dicere hominem ambulare vel hominem ambulante esse. **I**llud hoc solum inquit in his euenire

potest propositionibus: que secundum esse vel non esse disponuntur. **S**ed etiam in his quecumque verbis talibus continentur: ut verba illa vim eius: quod est esse concludunt: ut est homo ambulat. ambulat in se continet esse. **I**dem enim e ambulat quod ambulans e. **A**d hec ergo verba que in propositionibus esse continent aptanda negatio est: si enim omnis contradictio secundum esse vel non esse fit: hec autem verba esse propria significatione concludunt: quoniamque verba hec ita ponuntur tanquam si hoc ipsum esse poneretur: manifestum e ad ea verba que esse continent negationem poni oportere ad earum similitudinem propositionum que secundum esse vel non esse supradicta ratione sibi inuicem opponuntur. **I**dis ergo ante predictis quid inconueniens ex his possit esse prosequitur.

Quare si hoc modo in oibus: et eius que est: possibile est esse: negatio est possibile est non esse: sed non ea que est non possibile est esse. videtur autem idem posse et esse et non esse. omne enim quod est possibile diuidi vel ambulare: et non ambulare et non diuidi possibile est.

Superius demonstratum est quomodum in his que complectuntur enunciationibus secundum esse potius et non esse fierent oppositiones: nunc hec dicit. **S**i hoc inquit in omnibus propositionibus faciendum est: ut earum contradictiones secundum esse et non esse ponantur: in his que aliquid possibile esse pronunciant: non ita ponenda negatio est: ut dicat non possibile esse. **S**ed potius secundum non esse constituenda est: ut dicatur possibile non esse negationem eius esse que dicit possibile esse. **S**ed si hoc inquit dicimus: affirmatio et negatio contradictorie verum inter se falsumque non diuidunt: omne enim quod potest esse: idem etiam potest non esse. **Q**uod enim potest diuidi: idem potest non diuidi: et quod potest ambulare: idem potest non ambulare. **Q**ue autem sit huiusmodi possibilitas per quam cum dicitur aliquid fieri posse. **I**llud tamen relinquatur posse non fieri: consequenter explanat dicens.

Ratio autem est: quoniam omne quod sic possibile est: non semper in actu est. quare inerit etiam negatio. potest igitur et non ambulare quod est ambulare: et non videri quod est visibile. **A**t vero impossibile est de eodem oppositas esse veras dictiones. **N**on igitur eius que est: possibile est esse: negatio est. possibile est non esse. contingit enim ex his aut idem ipsum dicere: et negare vel de eodem: aut non secundum esse et non esse: que opponuntur: fieri affirmationes et negationes. **S**i ergo illud impossibile est: hoc erit magis eligendum. est igitur negatio eius que est possibile esse: ea que est non possibile esse: sed non ea: que est possibile non esse. eadem quoque ratio est in eo quod est contingens esse. etenim negatio eius est non contingens esse. et in aliis quoque simili modo: ut in necessario et impossibili.

Causa est ergo inquit: cur id quod posse esse dicitur idem potest non esse. quod omne quod possibile dicimus: ita pronunciamus ut non semper in actu sit. id non sit necessarium. omne namque quod semper in actu est: necessarium est: ut sol semper mouetur. **I**taque illi semper agitur motus. **S**i quis autem me dicat ambulare posse. quoniam mihi ambulationis motus semper non agitur: et inest mihi aliquoties non ambulare: inest quoque illud ut vere de me dicatur posse me non ambulare cum vere pronuncietur posse ambulare

ambulare. Ergo quecumq; non semper in actu sunt & posse esse & posse non esse recipiunt. Id est ergo quod est ambulabile id est quod ambulare potest non ambulare: & quod est visibile non videri. Quocirca docet non esse negationē eius que dicit posse esse eam que proponit posse non esse. Idcirco quoniā utraq; sunt vere: ut in his que (ut ipse ait) non semper actu sūt. Cōtingit enim vñ ex vtriusq; que Aristo. dicit aut idē ipm dicere & negare simul de eodē: aut non secūdū esse & non esse: que opponuntur: fieri affirmationes: & negationes id est ut aut idē sunt affirmatio & negatio sibiq; consentiant: si secūdū esse & non esse in omnibus cōtradictio fit: ut est in eo q; est posse esse & posse non esse. Idē enī utraq; sunt sibiq; consentiūt: & si quis dicit eas esse contradictionē: dicit cōsentire sibi contradictionē: quod impossibile est. Aut certe nō in omnibus affirmationibus & negationibus secūdū esse & non esse ea que opponūtur: fieri affirmationes & negationes. i. non in omnibus affirmationib; & negationibus secūdū oppositionē esse vel non esse vel eorū verborū que esse continent: fieri contradictiones. si ergo iquit illud impossibile est: hoc erit magis eligendū. Duo supra posuerat que ex supradictis rationibus euenirent: at vnus & idē dicere & negare simul de eodē. i. vt & dicitio & negatio idē essent simul de eodē predicate sibiq; consentirent: aut non secundū esse vel non esse contradictionē fieri. Sed videntur vtraq; quasi quodāmodo iconuenientia esse: quippe cum illud vnum etiam impossibile sit: vt affirmatio negatioq; cōsentiat: illud alterum non fm eē vel nō eē fieri oppositiones inconueniens sit alijs propositionibus in quibus hoc modo fieri cōtradictionē manifestum ē. Illuc ergo hoc dicit: qm vtrūq; inquit iconueniens ē: vnum ex his erit eligendū: id est qd min⁹ est impossibile: hoc sumēdus ē. Minus aut est impossibile: vt secūdū eē & nō eē nō hāt oppositōes: hoc. n. nihil prohibet. Illud aut impossibile est: vt affirmatio negatioq; sibi cōsentiant. hoc ergo erit eligendum potius. i. has que cū modo sunt propositiones non eas habere oppositiones que secūdū eē vel non esse sūt: sed potius eas que ad modum ponuntur. Non autē dixit ita impossibile est tanq; si alterum impossibile sit. Sed ad hoc potius retulit: q; vtraq; quasi iconuenientia videntur: quorum vnū etiā impossibile eē nō dubiū ē. hinc quoq; disposuit ordinē fm modum aliquem pronūciatay propositionū: que nō secūdū esse negationes ponūt. dicit enim. Est ergo negatio eius que est possibile esse: ea que est: nō possibile eē: negationē scilicet addens nō ad esse verbū. Sed ad modū quod est possibile: eandem quoq; rationem dicit esse & in cōtingentibus. Eius enim que est contingere eē negatio est non contingere esse. Docet etiam de necessario & impossibili idē sibi videri. Que autē natura sit huius oppositionis: licet breuiter veracissime tamen expressa est: de qua nos superius diutius loquuti sum⁹: qd si q; pspicati⁹ itēdit illi⁹ itelligētiā loqui: cū hac gradatiz pspicēte expositione cōmunicet.

Siunt enim quemadmodū in illis esse & nō esse appositiones: subiecte vero res: hoc quidem albus: illud vero homo: eodem quoq; modo hoc loco esse quidem & non esse subiectum fit: contingere vero & posse appositiones determinantes quēadmodum in illis esse & non esse: veritatem & falsitatem: sicut hec in eo quod est esse possibile: & eē non possibi-

le. eius vero que est: possibile est non esse: negatio est non ea que est: non possibile esse: sicut ea que est: nō possibile nō esse. & eius que est possibile est esse: nō ea que est. possibile est nō eē: sed ea que est: non possibile ē esse. Quare & sequi sese inuicē videbuntur hec possibile est esse: possibile est non esse. Idē enī possibile est esse: & non esse. Non enī contradictiones sunt sibi inuicē huiusmodi: possibile eē: & possibile non esse. sed possibile est esse: & non possibile est esse nunq; simul in eodē vere sunt. opponuntur enim. At vero possibile est non esse et non possibile est non esse: nunq; simul sunt. Similiter autem & eius que est necessarium esse: non ea que ē necessarium non esse negatio est: sed ea que est non necessarium esse. eius vero que est necessarium est non esse: ea que est non necessarium non esse. & eius que est impossibile esse: non ea que est impossibile non esse sed non impossibile esse. eius vero que est impossibile nō esse ea que ē nō impossibile est nō esse.

Cappositiones vocat predicationes: dicit ergo in his propositionibus que preter aliquem modum dicuntur predicantur quidem semper esse & non esse vel ea verba que esse continent. subijciuntur vero res de quibus illa predicantur: vt album. cum dicimus album est vel homo cum dicimus homo est. Atq; ideo quoniam in his predicatio totam continet propositionem veritatem & falsitatem predicatio illa determinat. Idcirco autem esse vel aliquid quod esse continet. Jure fm esse vel non esse contradictiones ponuntur. In his autem: id est in quibus modus aliquis predicatur esse quidem subiectum est vel ea verba que esse continent. Modus autem solus quodāmodo predicatur: nam quod dicitur esse solum sine modo aliquo ipsius rei substantia pronūciatur: & queritur in eo quodāmodo an sit: idcirco esse ponente affirmatione dicit negatio non esse. In his autem in quibus modus aliquis est: non dicitur aliquid esse. Sed cum qualitate quadam esse: vt esse quidem nec affirmatio ambigat nec negatio. De qualitate autem: id est quomodo sit: tunc inter aliquos dubitatur: atq; ideo ponente aliquo quoniam Socrates bene loquitur nō ponitur negatio: quoniam bene non loquitur. Sed quoniam non bene loquitur. Idcirco quoniam (vt dictus est) non ad esse vel ad verba que esse continent & propositionem totam constituunt. sed potius ad modum intenditur animus audientis: cuz affirmatio aliquid esse pronūciat. Si igitur hoc continet totius propositionis vim quod autem propositionis vim continet predicatur: & fm id quod predicatur semper oppositiones sunt: recte solis modis vis negationis apponitur. His autem rationabiliter constitutis: illud rursus exequitur quod non modo cōtradictio non est posse esse & posse non esse: verum etiā huiusmodi propositiones: que cum modo sunt posite: si negationem tamen habent ad esse iunctam: omnino negationes nō sunt: sed affirmationes: possunt enim earum negationes alie reperiri: ait enim: eius vero que est possibile non esse negatio est non possibile non esse: intantum inquit non est vlla contradictio eius que est posse eē & eius que est posse non esse: vt ea que dicit posse nō esse: non esse negatio: sed potius affirmatio cōvincat. Affirmatio autem affirmationi nunq; opponitur cō-

De interpretatio. editionis secunde lib. quintus.

tradictorie. Docetur autē esse affirmatio ea que dicit posse non esse: quod eius quedam alia negatio reperitur ea. s. que dicit non posse non esse: simulque illud adiungit. *Luz* sint inquit huius propositionis que dicit aliquid posse esse due que videantur esse negationes ea. s. que dicit posse non esse: et ea que proponit non posse esse: hinc agnoscitur que verus sit contradictoria contra eam que dicit posse esse affirmationem. que enim verus falsumque eam diuidit: ipsa potius potest negatio esse quam ea que illi consentit. Si vero que est posse esse consentit ea que dicit posse non esse: ut supra iam docui. ea autem que dicit non posse esse. si falsa est: vera est que dicit posse esse. Si si hec rursus falsa est: vera est illa que enūciat non posse esse. diuidunt ergo hec veritatem falsitatemque. quod in singulis exemplis facile poterit inueniri. Age enim dicat quis me posse ambulare: ille verum dixerit. Si vero quis dicat non posse me ambulare: mentitus est. Rursus si quis dicat posse solē consistere: mentitur. Si quis vero dicat non posse soles consistere de ipsis nullus ambigit veritate. Diuidunt ergo veritatem falsitatemque hec. s. que dicunt posse esse et non posse esse: ille vero sese sequuntur que dicunt posse esse et posse non esse. Que ergo sibi consentiunt contradictiones non sunt: que autem veritatem falsitatemque diuidunt: ipsas esse contradictiones magis putandum est quod per hoc ait. Quare et sese sequi inuicem videbuntur: que autem propositiones sequantur sese dicit. i. possibile est esse et possibile non esse. *Luz* autem sese sequantur monstrat adiciens: non enim contradictiones sibi inuicem sunt: si enim contradictiones essent nunquam sese sequerentur. Si que sint contradictiones declarat dicens. Sed possibile est esse et non possibile esse nunquam simul sunt. *Luz* autem nunquam simul sunt: non tacuit. ait namque. Opponuntur enim namque idcirco nunquam simul sunt: quia veritatem falsitatemque diuidunt: quoniam opponuntur. Docet quoque eorum propositionis que dicit posse non esse illam esse negationem que proponit non posse non esse: et ex eadem vim ad hanc propositionem trahit. Dicit enim. At vero possibile non esse et non possibile non esse nunquam simul sunt: per quod ostenditur illam esse affirmatiuam: illam vero negatiuam. Uniuersaliter enim que cuiusque idem de eodem hec ponit: hec aufert: si illa sit affirmatiua: illa negatiua: et nihil equiuocatiōis: aut vniuersalium determinatiōis impedit contradictorie sibi in se opponuntur. *Luz* ita ita ait per se expedita sunt: ut longa expositiōe non egeant. Sed quedam in eorum ordine permiscenda sunt: per que id quod per se est lucidum: clarius monstratur. Prosequitur enim similiter ceteros modos: dicens que propositiones quare affirmationum non sunt negationes et que sunt: et eis quas negationes non esse dicit: ut affirmationes esse demonstrat: alias negationes opponit. Si rursus inquit et eorum propositionis: que est necessarium esse: non est ea negatio que dicit necessarium non esse: hec enim affirmatio est: sicut mox negatione opposita comprobauit: sed potius ea negatio est eorum que est necessarium esse: que dicit non necessarium esse. Eodem quoque modo cuncta prosequitur dicens. eorum vero que est necessarium non esse: quam supradixerit non esse oppositam ei que dicit necessarium esse esse: illa negatio est que proponit non necessarium non esse. Quecumque enim negatione ad esse positam habet: ille si cum modo sunt: affirmationes esse putande sunt. Eius vero que est impossibile esse non est ea negatio que dicit impossibile non esse: non enim ad modum habet negatiuam particulam iunctam: sed potius ea que dicit non impossibile esse: hec namque iter se verus falsumque diuidunt: illi vero que ad esse habet particulam negatiuam: quam affirmationem esse manifestum est. i. ei que dicit impossibile non esse ea negatio est que dicit non impossibile non esse. *Luz* claudit et breuiter id quod supra demonstrauit dicens.

Uniuersaliter vero (quemadmodum dictum est) esse quidem et non esse oportet ponere: quemadmodum subiecta: negationem vero et affirmationem hec facientem ad esse: et non esse apponere et has putare oportet esse oppositas dictiones et negationes: possibile non possibile. contingens non contingens. impossibile. non impossibile necessarium non necessarium. verum non verum.

Uniuersaliter inquit dicimus sicut iam supradictum est in his propositionibus que modos additos habent: esse et non esse subiecta potius fieri: modos vero predicari: atque ideo ad unum quolibet modum. i. s. per unum fieri debere affirmationem et negationem semper: ut sicut predicat modus affirmationem continet: ita negatiua particula ad modum iuncta totam hoc modo contineat negationem: proponit autem eas que putat esse oppositas dictiones hoc modo: possibile non possibile: contingens non contingens: impossibile non impossibile: necessarium non necessarium. Quod autem addidit verum non verum: ad hoc pertinet: ut omnes modos includeret: verum. n. modus quidem est sicut et bene: sicut velociter: sicut leuiter: sicut grauius. et quicquid modi sunt: hoc modo facienda est contradictio: verum est: non verum est: non autem non est verus: velociter ambulare: non velociter ambulare. sed non illa que dicit velociter non ambulare. *Luz* claudit ergo semper ad modum iungenda negatio est. ille enim semper sibi in se opponuntur: ut supra iam dictum est. que per predicatiōes habent negatiuas particulas iunctas. *Luz* predicant autem in his modis: ut supra iam demonstrauimus. Secundum modos ergo in his negatio posita integram vim contradictionis efficit. Expeditis modorum oppositionibus de consequentia propositionum atque consensu habebitur subtilis vtilisque tractatus. Si ergo possibile est simpliciter diceretur: simplex et facilis propositionum videretur esse consensus: nec quicquam in earum consequentia posset errari. Nunc autem quoniam dupliciter dicitur per diversos modos non esse propositionum sunt consequentia. Quod autem dico tale est. *Luz* possibile due sunt partes: unum quod cum non sit esse potest. Alterum quod ideo sit possibile: quod iam est: per quod pars corruptibilium et per mutabilibus propria est: mortalis enim Socrates poterat esse cum non fuit: sicut ipsi mortales que sunt id quod ante non fuerat: potest enim homo cum non loquitur loqui: et cum non ambulat ambulare. Ergo hec pars per id dicitur quod iam quidem non est esse tamen potest. illa vero alia per possibilitate: vtriusque naturis accomodatur et sempiternis scilicet et mortalibus. Nam quod in sempiternis est: esse possibile est. Rursus quod est in mortalibus nec hoc a subsistendi possibilitate discedit: sed tantum differt quia id quod in eternis est nullo modo permutatur et semper esse necesse est: illud vero quod in rebus mortalibus inuenitur poterit et non esse: et ut sit non est necesse. Ego namque cum scribo inest mihi scribere. Quo circa et scribere mihi possibile est: sed quoniam ipse mortalis sum: non est hec potestas scribendi necessaria: neque enim ex necessitate scribo. At vero cum dicimus celum inesse motum: nulla dubitatio est quin necesse sit celum moueri: in mortalibus ergo rebus cum est aliquid esse potest: et ut sit non est necesse: in sempiternis autem quod est necesse est esse: et quia est esse possibile est. *Luz* ergo possibilis principaliter due sunt partes una que per id dicitur quod cum non sit esse tamen potest. *Luz* *Luz*

tera que secundum id predicatur quod iam est aliquid actu non solum potestate: huiusmodi possibile quod iam sit actu. duas ex se species profert: unam que cum sit non est necessaria. Alteram que cum sit illud quoque habet: ut eam esse necesse sit. Nec hoc solius Aristotelis subtilitas deprehendit: verum Diodorus quoque possibile ita diffinit dicens quod est aut non est. Unde Aristoteles id quod Diodorus ait non est illud possibile putat: quod cum non sit fieri tamen potest. Quod autem dixit Diodorus est id possibile Aristoteles interpretatur: quod idcirco dicitur esse possibile: quia iam est actu. Cuius possibilitatis modi duas partes esse docuimus unam scilicet quam necessariam dicimus. Alteram quas non necessariam predicamus. huius autem non necessarie. due rursus partes sunt: una que a potestate peruenit ad actum: altera que semper actu fuit aliquando res illa que susceptibilis illius est fuit. et illa quidem que a possibilitate ad actum venit: utriusque partis contradictionis susceptibilis est: ut nunc ego scribo: et ex potestate ad actum veni: et agens possum scribere. ante enim quam scriberem erat mihi scribendi potentia. Sed ex potestate scribendi veni ad actum scribendi. Quare utraque mihi conveniunt et scribere et non scribere. possum enim et non scribere: possum et scribere: que est quodammodo contradictio. Atque ideo quecumque a potestate ad actum veniunt: ea et facere possum et non facere et esse et non esse: ut qui loquitur quia ante potuit loqui quas loqueretur: et nunc ideo potest loqui quia loquitur et potest loqui et potest non loqui. Alia vero que nunquam antea potestate fuit: sed semper actu: aliquando res ipsa fuit que aliquid potestate esse diceretur: ad unam rem tantum apta est: ut ignis nunquam fuit ante potestate calidus: ut postea calidus actu sentiretur: nec nix antea frigida potestate: post actu. Sed aliquando fuit ignis actu calidus: fuit et aliquando nix frigida actu. Quo circa hee potentie non sunt apte ad utraque. Neque enim ignis frigus incurrere: nec nix calidus unquam potest efficere. Quare facienda a principio huiusmodi divisio est. Possibilis alia pars est quam cum non sit tamen esse potest. Alia vero que actu est: et ideo possibile dicitur. Si enim esse non posset: nec esset omnino: huius autem possibilitatis que secundum illud dicitur modum: quod iam actu sit: due partes sunt una secundum id quod ex necessitate esse dicimus. Altera vero secundum id quod cum sit: non tamen esse ex necessitate aliquid arbitramur: huius autem non necessarie potestatis due sunt alie partes: una que quoniam ex potestate ad actum venit: et esse et non esse recipiet facultatem. Altera que quia nunquam actum habere desinit. Aliquando fuit id quod dicitur ei esse possibile: ad unam tantum partem apta est atque possibilis ad eam scilicet quam actu semper exercuit: ut igni calor vel nivis frigus: vel adamanti durities: vel aque liquor. Sed nullus arbitretur ex necessarie possibilitatis specie esse id quod dicimus nunquam potestate fuisse actus quosdam in quibusdam rebus: ut igni calorem: ipse enim extingui ignis potest. In illis autem que necessarie sunt: non modo qualitas a subiecta re discedere nunquam debet: quod videtur etiam in igni: a quo sua qualitas caloris non recedit. Sed etiam illud quod subiecta illa substantia immortalis esse videatur: quod igni non accidit. Solus enim et cetera huiusmodi corpora que superna sunt et celestia: immortalia peripatetica disciplina putat. atque ideo consentienter sibi docet solem necessario moveri: quod non modo a sole motus ille nunquam recedit: sed ne sol quidem ipse esse desinet. His ergo predictis id ad quod hec premissa sunt. id est consequentia

propositionum diligentius exequenda est.

Consequentie vero secundum ordinem sunt ita ponentibus. Illi enim que est possibile est esse. illa que est contingens esse: et hec illi convertitur: et non impossibile esse: et non necessarium esse. Illi vero que est possibile non esse et contingens non esse: ea que est non necessarium non esse: et non impossibile non esse. illi vero que est non possibile esse: et non contingens esse. ea que est necessarium non esse. et impossibile esse. Illi vero que est. non possibile non esse. et non contingens non esse. illa que est necesse est esse. et impossibile non esse. consideret autem ex subscriptione quemadmodum dicimus.

Hec Aristoteles consentienter his que nos supra premissimus addidit de consequentia propositionum: in que etiam manifesta sunt acute perspicentibus: tamen ne nos nihil huic quoque loco addidisse videamur: brevissima expositio de ea percurramus. Primum voluit demonstrare: quoniam quecumque de possibili diceretur: ea etiam de contingenti veracissime dici possunt: atque ideo ait illi que est possibile esse consequentem esse illam que dicit contingere esse: et ne in his aliqd discrepans videretur adiecit dicens: et hec illi convertitur: ut intelligerem quod esset possibile hoc contingere: et quod contingeret illud esse possibile: que sibi convertitur: ea equalia sunt atque eadem. Quicquid ergo in possibili dici potest: idem in contingenti predicatur hec ergo id est contingens et possibile sequi dixit illam propositionem que diceret non impossibile esse: et eam que necessarium negat id est non necesse esse. ait. n. Illi enim que est possibile esse illa que est contingere esse: et hec illi convertitur: et ea que est non impossibile esse et non necessarium esse: tamen si hoc diceret: et possibile esse sequitur contingentia. Et hec utraque sibi convertuntur: sed has sequitur non impossibile esse et non necessarium esse: hoc quas recte dictum sit neminem latet. Nam quod est possibile esse id esse contingit: ut sit non impossibile esse. Nam si esset impossibile: non diceretur posse esse: quod ut non esset ratio impossibilitatis astringeret. Ergo id quod potest esse non impossibile est esse. Similiter autem non est necesse esse id quod posse esse dicitur. Hoc autem idcirco evenit quia id quod possibile predicamus ad utramque partem facile vertitur. Nam et ut sit fieri potest et ut non sit. At vero necessitas et impossibilitas in alterutra parte constringitur. nam quod impossibile est esse: esse nunquam potest. Porro autem quod necesse est esse: non esse nunquam potest. ergo id quod negamus impossibile esse: consentire facimus possibilitati. Id autem quod negamus necessarium: rursus eidem nature vim possibilitatis adiungimus: ut sit hoc modo dicendum: et ut verius loquamur ita dicendum est quod possibile est et esse potest et non esse. Rursus quod impossibile est esse: non potest esse. quod necesse est: non potest non esse. ergo si impossibile enunciationem negationis adiectione frangamus dicentes non impossibile esse: illi partem possibilitatis adiungimus. in qua esse posse aliquid dicimus. Sin vero necessarie propositionis rigorem negatione minuas necessariam propositionem applicemus: que in possibilitate est: ut possit non esse. Quare possibilitatem sequitur non esse impossibile: idcirco quia quod possibile est: fieri poterit eandem possibilitatem rursus sequitur propositio: que dicit non necesse est esse: idcirco quia quod possibile est: poterit et non esse. Aliter ideo dicimus. quod possibile est non est verum dicere quoniam impossibile est:

De interpretatio. editionis secunde lib. sextus.

quia fieri potest. Rursus quod possibile est non est verum dicere quoniam necesse est. potest enim quod possibile est esse: idem non est. Quare si de possibilitate impossibilitas et necessitas recte dici non potest: eorum negationes possibilitati consentient: que sunt non impossibile esse et non necessarius esse. Sed meminisse debemus eandem semper in omnibus de contingenti et de possibili rationem esse. De eo scilicet possibili quod cum adhuc non sit poterit tamen esse aut non esse. Aliam rursus consequentiam dicit hoc modo. Illi vero que est possibile non est et contingere non esse illa que est non necessarium non esse et non impossibile non est propter eandem causam hanc quoque consequentiam dicit. Illi enim que est possibile non esse et ei que est contingere non esse illa consentire. ait que dicit non necesse non est et non impossibile non esse. Hoc autem ideo quia quod potest non esse potest etiam esse. et rursus quod contingit non esse contingit esse. At vero quod necesse est non esse illud non potest esse: quod autem impossibile est non esse. illud non esse non poterit. quare a possibili utique discrepant. Namque possibili tali que posse aliquid esse promittit: contrarium sentit ea que dicit necesse esse non esse. Rursus quia possibilitas habet in se vim ut id quod potest esse: possit et non esse: dissentit ab ea multumque discrepat que dicit impossibile esse non esse. Quod si sit propositio que predicat necesse esse non esse: et rursus que dicit impossibile esse non esse a possibilitate dissentiant. Recte nimirum harum negationes possibilitati consentire creduntur. Possibiles autem propositiones voco huiusmodi que vel in affirmatione vel negatione possibilitatem aliquam monstrant altera parte non interclusa: ut que dicit possibile esse aliquid ab hac non intercluditur ea per quam dici potest possibile esse non esse. vel si quis dicat possibile aliquid non esse. ab hac rursus interclusum non est: ut esse possit. atque ideo affirmationem que dicit posse esse possibilem voco. Ille minus eas que dicit aliquid posse non esse. Et in istis propositionibus quas Aristoteles ponit: in quibus dicit possibile non esse: non videatur ita dicere tamquam si hoc modo pronunciet: ut velit intendere aliquid impossibile esse: cum dicit possibile non esse. Ita enim hanc propositionem dicit non quod possibilitatem illam auferat: sed quod dicat possibile esse aliquid ut non sit. Subaudiendum enim est adiungendumque ad possibile verbum quod est esse: ut cum ille dicit possibile non esse: nos intelligamus possibile esse non esse id est possibile esse ut non sit. Tertiam consequentiam ponit hanc in qua consentire dicit illi que est non possibile esse et non contingens esse illam que dicit necessarius non esse et impossibile esse. hoc ita planum est ut expositione non egeat. Quod enim non possibile est: hoc fieri non potest. Quod fieri non potest necesse est: ut non sit: quod autem necesse est ut non sit impossibile est. Recte ergo dicitur eas propositiones que dicit aliquid non posse esse et eas que dicit non contingere esse consequi illas et que esse eorum necesse esse negant: et que impossibilitatem affirmant. Quod autem dicit tale est. non necesse esse contingens esse. necesse aut non esse si contingens esse. si est contingens. scilicet: et necessarium non esse. reliquam consequentiam in qua eas propositiones que dicerent non possibile esse aliquid non esse: et non contingere non esse illis que proponerent necesse esse: et impossibile non esse consentire dicit. neque ullam habet hoc obscuritatem. Nam quod non est possibile

ut non sit: hoc impossibile est ut non sit. id enim quod dicimus impossibile esse idem valet tamquam si dicamus non possibile esse. Quod enim facit negatio in ea interpretatione qua dicimus non possibile: idem facit privatio in ea qua dicimus impossibile. Quod autem impossibile est non esse: late patet quia necesse est esse. Ergo et quod non est possibile ut non sit: manifestum est quoniam necesse est esse. idem quoque et de contingenti dicendum est. Describit autem eas hoc modo. ut non solum mente et ratione capiantur: verum etiam subiectis oculis facilius intellectus sit. Nos autem ut sit lucidior explanatio: de his duos facimus ordines: et in primo quidem eas posuimus que precedunt. in secundo vero eas que sequuntur: ut sit multa facultas per se earum rationes non intelligentibus ad descriptionem tamen respicientibus que quas sequatur agnoscere.

Precedentes	Sequentes.
Possibile esse	Non impossibile esse.
Contingens esse	Non necesse esse.
Precedentes	Sequentes.
Possibile non esse	Non necessarium non esse
Contingens non esse	Non possibile non esse.
Precedentes	Sequentes.
Non possibile esse	Necessarium non esse.
Non contingens esse	Impossibile esse
Precedentes	Sequentes.
Non possibile non esse	Necesse esse
Non contingens non esse	Impossibile non esse.

Hac ergo descriptione facta quid Aristotele communi ter de propositionibus uniuersaliterque tractauerit nulli solerius intuenti videtur ambiguum. Littera vero que singulatim de eorum consequentijs disputauit: quam defatigari volumus lectores: sextum volumine expedit.

Liber sextus incipit.

Sextus hic liber longe commentationi terminum ponit: que quodam magno labore constiterit ac temporis mora. Nam et plurimorum sunt in unum coacervate sententiae: et duorum ferme annorum spacium continuo commentandi sudore consumpsimus. Neque ego arbitror quibusdam sinistre interpretantibus gloriose factum videri: ut quod dici breuiter posset id nos ostentatione doctrine. non ad lectorum scientiam potius quam prolixitate ad fastidium tenderemus. Quibus responsum velim non hoc tam mendaciter esse sensuros: si prioris commentum perlegerent breuitatem: nam neque breuius explicari potuit angustissimorum obscuritas impedita sermonum: et quam multa ad plenam huius libri intelligentiam desint agnoscent. Quid autem utrumque opus legentibus vtilitatis exhibeat: hinc facillime mihi videtur posse perpendi. Quod cum hac secundam editionem in manus quisque primum sumperit: ipsarum rerum spaciosa varietate confunditur: ut qui in maioribus mentem intendere nequit: editionis prime breuitatem simplicitatemque desideret. Quod si quis ad prioris editionis duos libros lector accesserit: sumpsisse sibi ad scientiam quidam fortasse videbitur. sed cum postremo hanc secundam cognouerit editionem: quam multa in prima ignoraret agnoscit: nec homines a legendo longum opus labore deterreat: cum nos non impeditur ad scribendum. Sed